P Ontifice gentes ad ſeptentrionẽ in mare ſiniſtruz iacẽt a põtico cognominate mari harũ gentiũ atq̧ regionum Rex antiquiſſimus ethas| poſt Artabazem a ſeptem illis perſis oriundus: inde Mitridates omniũ longe maximus. quippe cũ quatuor pyrro: quatuordecim anni Hannibali ſuffecerint: ille per .xl. annos reſtitit. donec tribus ingentibus bellis ſubactus |felicitate ſille| uirtute luculli| magnitudĩe põpeii cõſumeret̃: Cauſaz qdez illius belli ꝑtenderat apud caſſiũ legatũ attrectari terminos ſuos a nicomede bithinico: ceteꝝ elatus animis ingẽtibus Aſie totiꝰ et ſi poſſʒ Europe cupiditate flagrabat ſpẽ ac fidutiã dabãt nr̃a uicia: qppe cũ ciuilibus bellis diſiũgeremur| inuitabat occaſio: nudũq̧ iperii latꝰ oñdebãt ꝓcul| mariꝰ ſilla| ſertorius|

Inter hec reipublice uulnera/et hos tumultus repente quaſi
captato tempore in laſſos ſimul atqꝫ diſtrictos ſubitus tur-
bo tanti belli ab ultima ueluti ſpecula ſeptentrionis erupit.
Primus ſtatim impetus belli bithiniam rapuit. Aſia deinde
pari terrore correpta eſt:nec cunctanter ad regem ab urbi
bus noſtris/populiſqꝫ deſcitum eſt:aderat/inſtabat/ſeuicia
quaſi uirtute utebatur. Nã quid atrocius uiro eius edicto/
cum omnes qui in aſia forent Romane ciuitatis homĩes in
terfici iuſſit:Tum quidem domus/templa/et are humana
omnia/atqꝫ diuina iura uiolata ſunt .Sed hic terror aſie Eu
ropani quoqꝫ regi aperiebat.Itaqꝫ miſſis archelao/Neopto
lemoqꝫ prefectis:recepta et hodo/que pro nobis firmius ſte
tit Ceterum Cyclades/Delos/Eubeoa et ipſum grecie decꝰ
Athene tenebantur.Italiam iam/ipſamqꝫ urbem Romam re
gius terror afflabat.Itaqꝫ lucius Silla feſtinat uir armis op
timus/pariqꝫ uiolentia ruentem ulterius hoſtez quadã quaſi
manu repulit. primum itaqꝫ athenas urbem/quis crederet/
frugum parenter obſidione ac fame ad humanos cibos com
pulit:mox ſubruto pirrei portu ſex quoqꝫ et ampliꝰ muris
munito/poſtq̃ domuerat ĩgratiſſimos ut ipſe dixit hominũ
in honorem tamen mortuorum ſacris ſuis/fameqꝫ donauit:
Mox cum Euboea/atqꝫ boetia preſidia regis deſpuliſſet om
nes copias uno apud cheroniam/apud orchomenum altero
bello diſſipauit:Statiqꝫ in aſiã tranſgreſſꝰ ipm opprimit/et
debellatum foret:niſi de mitridate triunphare cito q̃ uere
maluiſſet:Ac tum quidem hunc aſie ſtatum Silla dederat:
ictum cum ponticis fedus:recepit bithiniam a rege Nico-
mede ab Ariobarzane Cappadociã:ac ſi erat Aſia rurſꝰ no
ſtra/ut ceperat Mitridates tantum repulſus.Itaqꝫ non fre-
git ea res ponticos ſed incendit: quippe rex aſia/et europa
quodammodo meſcatꝰ:non iam quaſi alienam ſed quia ami
ſerat:quaſi raptam iure belli repetebat igitur ut extincta
parum fideliter incendia/maiore flãma reuiuiſcunt:Ita ille
de integro auctis maiorẽ in moduz copiis/tota deniqꝫ regni
ſui mole in aſiam rurſus mari/terra/fluminibuſqꝫ ueniebat.
Chicum nobilis ciuitas arce/menibus/turribus marmoreis

aſiatice plage littora illuſtrat: hanc ille quaſi alteram Romã
toto inuaſerat bello: ſed fiduciam oppidanis reſiſtendi nun-
cius fecit docens aduentare lucullũ: qui horribile dictu| per
medias hoſtium naues utre ſuſpenſus| et pedibus iter aggu
bernans uidentibꝰ ꝓcul quaſi marina piſtris euaſerat Mox
clade conuerſa: cuꝫ ex mora obſidente regem| et ex fame pe
ſtilentia ugeret: recedentem lucullus aſſequitur· adeoqꝫ ce-
cidit ut granicus| et eſopus amnes cruenti redderētur Rex
callidus romane auaricie peritus | ſpargi a fugientibus ſar-
cinas| et pecunias iuſſit| quibus ſequentes morarentur | nec
felicior in mari| q̃ in terra fuga: Quippe centuꝫ nauium am
plius claſſe apparatũqꝫ belli grauem in pontico mari| aggreſ
ſa tempeſtas| tam feda lacerauit ſtrage| ut naualis belli iſtar
efficeret: plane quaſi lucullus quodam cum fluctibus| pro
celliſqꝫ commertio debellandum tradidiſſe regem uentis ui
deretur· Attrite iaꝫ omnes ualidiſſimi regni uires erant· ſed
animus malis augebatᷣ: Itaqꝫ ꝯuerſus ad ꝓximas gẽtes| totũ
pene orientem| ac ſeptentrionem ruina ſua inuoluit· hiberi|
Caſpii albani et utroqꝫ ſollicitantᷣ armenie· ꝑ que oĩa decꝰ
et nomen | et titulos· põpeio ſua fortuna querebat: Qui ubi
nouis motibus ardere aſiaꝫ uidet: alioſqꝫ ex aliis prodire re
ges| nihil cunctandum ratus| priuſq̃ inter ſe gentiuꝫ robora
coirent: ſtatim ponte nauibus facto omnium ante ſe primꝰ
tranſit eufraten: regemqꝫ fugientem media noctus | Arme
nia: quanta felicitas uiri uno prelio confecit· Nocturna ea
dimicatio fuit| et luna in partibus: quippe quaſi commilitãs
cum a tergo ſe hoſtibus a facie romanis prebuiſſet· pontici
per errorem longius cadentes umbras ſuas | quaſi hoſtium
corpora petebant: et Mitridates quidem nocte illa debella
tus eſt· nihil enim poſtea ualuit quanq̃ omnia expertus| mo
re anguiũ| qui obtrito capite| poſtremo cauda minantᷣ: quip
pe cum effugiſſet hoſteꝫ Colchos| ſicilie quoqꝫ littora| et cã
paniam noſtram ſubito aduentu terrere uoluit· Inde ꝑ Tra
ciam Macedoniam et greciaꝫ tranſilire· ſic Italiam nec opi
natus inuadere tantum cogitauit· Nam per defectionem
ciuium| pharnaciſqꝫ filii ſcelere preuentus male temptatum

ueneno|ſpiritum ferro expulit:Gneus interiꝫ magnus rebel lis aſie reliquias ſequēs|per diuerſa gentium terrarumqꝫ uolitabat. Nunc ſub orientem ſecutus armenias|captis in ipſo capite gentis Artaxatis|ſupplicem iuſſit regnare Tigraneꝫ Ac in ſeptentrionem ſcythicuꝫ iter|tamq̄ in mari ſtellis ſecutus|Colchos cecidit. Ignouit Iberie|pepercit albanis Regem Colchorum Herocleꝫ poſitis ſub ipſo caucaſo caſtris|Iuſſit in plano deſcendere: Ad artacem|qui Iberis imperabat|et obſides liberos dare:Heroclem etiam remuneratus eſt:ultro ab albania ſua lectulum aureum|et alia dona mittentem:necnon et in Meridiem uerſo agmine|libanum|Syriani Damaſchumqꝫ tranſgreſſus per nemora illa odorata|per turris et balſami ſiluas|Romana circumtulit ſigna: Arabes|ſiquid imperaret|preſto fuere Hieroſolimam defēdere temptauere Iudei.ueruꝫ hanc quoqꝫ intrauit: et uidit illud grande impie gentis archanum|patens ſub aureo uti celo: diſſidentibus et de regno fratribus arbiter factus iuſſit regnare hircanum. Ariſtobolo|quia renouabat eaꝫ rem|Cathenas dedit.ſic Pompeio duce populus Romanus totam|qua qua latiſſima eſt|aſiam peruagatus quam extremaꝫ habebat Imperii prouinciam mediam facit:exceptis quippe parthis: qui fedus maluerunt:et Indis:qui adhuc nos non nouerant Omnis aſia inter rubrum mare|et Caſpium|et Oceanuꝫ pōpeianis domita|uel oppreſſa ſignis tenebatur.

Bellum Cilycum.

Interim dum populus Romanus per diuerſa terrarum diſtractus eſt Cilyces inuaſerūt maria:ſublatiſqꝫ commerciis:rupto federe generis humani|ſic maria bello|quaſi tempeſtate precluſerant. Audaciā perditis|furioſiſqꝫ latronibus dabat inqeta Mitridaticis bellis|Aſia dum ſub alieni bello tumultu|Exteriqꝫ regis inuidia graſſantur Ac primum duce Iſodoro contenti ꝓximo mari cretam inter|atqꝫ Cyrenas|ad achaiaꝫ|ſinumqꝫ maleū quod a ſpoliis aureuꝫ ipſi uocauere|latrocinabant̄ Miſſuſqꝫ i eos

Publius ſeruilius quamuis leues et fugaces mioparonas gra
ui et martia claſſe turbaret| non incruenta uictoria ſuperat
ſed nec mari ſummouiſſe contentus ualidiſſimas urbes eorũ
et diutina preda abundantes phaſelim et olympum euertit:
Iſaurumq; ipſam arcem Cylycie| unde conſcius ſibi magni
labores Iſaurici cognomen adamauit: non ideo tamẽ tot cla
dibus domiti terra ſe continere potuerunt. ſed ut quedã ani
malia| quibus aquam terramq; incolendi gemina natura eſt
ſub ipſo hoſtis receſſu impacientes ſoli in aquas ſuas reſilie
runt. et aliquanto latius| ꝙ prius: ſic illa quoq; autem felix
dignus nunc uictoria Pompeius uiſus eſt: et mitridatice ꝓ
uincie factus acceſſio. Ille diſperſam toto mari peſteʒ ſemel
et imperpetuum uolens extinguere| diuino quodã apparatu
aggreſſus eſt: qꝑe cũ claſſibꝰ ſuis| et ſocialibꝰ Hodioꝝ abũ
daret pluribus legatis atq; prefectis utraq; ponti| et oceani
ora complexus eſt Gellius thuſco mari impoſitus: plotius
ſiculo: Gracilius liguſticum ſinum pompeius gallicum obſe
dit Torquatus balearicum. Tiberius uero Gaditanuʒ fictũ
qua primum maris noſtri limen aperitur. Lentulus libycuʒ
Marcellinus egyptium: pompei iuuenes adriaticum: Varro
Terencius Egeum et ponticum | et pamphilium: Metellus
Aſiaticum: cepio ipſas proponditos fauces| portius cato ſic
obditis nauibus| quaſi portaʒ obſeruauit. ſic per omnes equo
ris portus| ſinus latebras| receſſus| promuntoria| freta| pene|
inſulas| quicquid pyratarũ quadam indagine incluſum| atq;
oppreſſum eſt| Ipſe pompeius in origineʒ| fontemq; belli Ci
lyciam. nec hoſtes detrectauere certamen| non ex fiducia|
ſed quia oppreſſi erant auſi uidebantur. ſed nihil tamen am-
plius| ꝙ ut ad primum ictum concurrerent. Mox ubi circũ
fuſa undiq; roſtra uiderũt abiectis ſtatiʒ telis| remiſq;| plau
ſu undiq; pari. quod ſupplicantum ſignum fuit. uitam petie
runt: non alias taʒ incruenta uictoria uſi unꝙ ſumus. ſed nec
fidelior in poſterum reperta gens ulla eſt. Idq; repertuʒ ſin
gulari conſilio ducis: qui maritimum genus aut conſpectu
longe remouit mari| et mediterraneis agris quaſi obligauit:
eodemq; tempe et uſum maris nauibus recupauit: et terre

hominem ſuos reddidit. Quid prius in hac mireris uictoria uelocitatem| q̄ quadrageſima die parta eſt: an felicitatem. q̄ ne una quidem nauis amiſſa eſt: an uero perpetuitatem. q̄ amplius pyrate non fuerunt:

Bellum Creticum.

c Reticum bellum ſi uero uolumus noſcere| nos fecimus uincendi nobilem inſulam cupiditate fauiſſe Mitriditati uidebatur. hoc placuit armis uidicare primus inuaſit inſulam. M. antonius cum ingenti quidẽ uictorie ſpe| atq̄ fiducia: adeo ut plures cathenas in nauibus| q̄ arma portaret: dedit itaq̄ penas uecordie. Nam pleraſq̄ naues intercepe hoſtes: ea captiuaq̄ corpora religata uelis| ac funibus pependere: ac ſi uelificantes triũphantium ĩ modum cretes portibus ſuis adremigarunt Metellus deinde totam inſulã igni ferroq̄ populatus intra caſtella| et urbes redegit| et gnoſon| et teocreteam| et ut greci dicere ſolent urbium matrem Cidonem: adeoq̄ ſeue in captiuos conſulebatur: ut ueneno ſepelriq̄ conficerent: alii deditionem ſuã ad pompeium abſentem mitterent: et cum ille res in aſia gerens| eo quoq̄ prefectum miſiſſet Anthonium| in aliena prouincia inclitꝰ fuit: eoq̄ infeſtior Metellus in hoſtes ius uictoris exercuit uictiſq̄ lyſchene et phanare Cidone ducibꝰ uictor redit: nec quicquam amplius tamen de tam famoſa uictoria| q̄ cognomen creticum reportauit.

Bellum balearicum.

q Uatenus Metelli Macedonici domus bellicis nominibus aſſueuerat: altero ex liberi eius cretico fc̃o mora non fuit: quin alter quoq̄ balearicꝰ uocarẽt Baleares per idem tempus Inſule piratica rabie maria corruperant: homines feroſq̄| atq̄ ſilueſtres mireris auſos aut ſcopulis ſuis ſaltem maria proſpicere: aſcendere etiaꝫ| et inconditas rates| et prenauigantes ſubinde inopinata impetu terrure: ſed cũ uenientẽ ab alto Romanã claſſeꝫ ꝓſpexiſſẽt|

terruere:ſed cũ uenientẽ ab alto Romanã claſſẽ ꝓſpexiſſẽt
predam putantes|auſi etiam occurrere:et primo impetu in
genti lapidum|ſaxorumq; nimbo claſſem operuerunt:tribꝰ
quiſq; fundis preliatur:certos eſſe quis meretur Ictus:cuȝ
hec ſola genti arma ſint:Id unum ab infantia ſtudium cibũ
puer a matre non accipit|niſi quem ipſa monſtrante percuſ
ſit. Sed non diu lapidatione terruere romanos:poſtquaȝ cõ
minus uentum eſt|expertiq; roſtra|et pila uenientia|pecu-
dum in morem clamore ſublato petierunt fuga littora:di-
lapſiq; in proximos tumulos|querẽdi fuerũt| ut uincerent.

Bellum Cipricum.

Derat fatum inſularum. Igitur et Ciprus recepta
a ſine bello. Inſulam ueteribus diuiciis abundantem
et ob hoc ueneri ſacra Ptolomeus regnabat. ſed di
uiciarum tanta fuit fama:nec falſo:ut uictor gentiuȝ popu
lus|et donare regna conſuetus publio clodio tribuno duce
ſocii uiuiq; regis confiſcationem mandauerit:et ille quideȝ
ad rei famam ueneno fata percepit. Ceterum portius cato
Ciprias opes liburnis per tyberinum hoſtium inuexit: que
res latius erariũ populi romani|q̄ ullus triũphus impleuit.

Bellum Gallicum ſub Iulio Ceſare.

Sia Pompeii manibꝰ ſubacta:reliquias. que reſta
a bant in europa|fortuna in ceſareȝ tranſtulit:reſta
bant autem imaniſſimi gentium galli|atq; germani
et quamuis toto orbe diuiſa tamen qui uinceret|habuit bri
taniam. primus gallie motus ab belueclis cepit: qui Rodanũ
inter et henum ſiti|non ſufficientibus terris |uenere ſedem
petitum incenſis menibus ſuis. hoc ſacramentum fuit|ne re
dirent:ſed petito tempore ad deliberandum:cum inter mo
ras ceſar Rhodani ponte reciſſo|abſtuliſſet fugã:ſtatim bel

lıcoſiſſimam gentez ſic in edes ſuas| q̃ſi greges in ſtabula pa
ſtor reduxit. Sequens longe cruentior pugna Belgarũ: q̄ppe
pro libertate pugnantium. hic cum multa romanoꝝ inſignia
militum. tum illud egregium ipſius ducis: ꝙ nutante in fu-
ga exercitu| rapto fugientis e manu ſcuto in primam uoli-
tans aciem| manu prelium reſtituit. Inde cum uenetis etiaz
nauale bellum. Sed maior cum ocano q̃ cum ipſis nauibus
rixa: quippe ille rudes et informes| et ſtatim naufrage cum
roſtra ſenſiſſent. Sed herebat in uadis pugna| cuz eſtibus ſo
lutus cum ipſo certamine ſubductus occeanus intercedere
bello uideretur. Sed ille quoqꝫ acceſſere diuerſitates ꝓ gen
tium| locorumqꝫ natura. Aquitani callidum genus in ſpelun
cas ſe recipiebat: iuſſit includi mora dilabebantur inſulas|
iuſſit incendi. Nemo tantum feroces dixerit gallos: fraudi
bus agunt. Inditiomarꝰ treueros| Ambiorix cõuocauit ebu
rones: utriqꝫ abſente Ceſare coniuratione facta in uenere le
gatos. Sed ille fortiter a dolabella ſummotus eſt relatumqꝫ
regis caput: hic inſidiis in ualle diſpoſitis dolo ꝑtulit. Itaqꝫ
et caſtra direpta ſunt| et aurum ablatum. M. cottam cũ Ti
turio ſabino legato ibi amiſimus: nec ulla de rege mox ultio
quippe perpetua trans Henuz fuga latuit. nec Henus ergo
immunis: nec enim fas erat| ut liber eſſet receptator hoſtiũ
atqꝫ defenſor. ſed prima cõtra germanos illius pugna iuſtiſ
ſimis quidem ex cauſis hectani de incurſionibus eorum que
rebantur. Que arioniſti regis ſuperbia: cum legati dicerent
ueni ad ceſarem. Quis eſt autem ceſar: et ſi uult ueniat in-
quit: et quid ad aliud quid agat noſtra germania. num ego
me interpono romanis. Itaqꝫ tantꝰ gentis noue terror in ca
ſtris| ut teſtamenta paſſim etiam principibus ſcriberentur.
ſed illa immania corpora| quo erant maiora eo magꝭ gladiis
ferroqꝫ patuerunt: Quis calor in preliando militum fuerit
nullo magis exprimi poteſt | q̃ ꝙ elatis ſuper caput ſcutis|
cum ſe teſtudine barbarus tegerit | ſuper ipſa romani ſcu-
ta ſalierunt: et inde in iugulos gladiis deſcendebant. Iteruz
de germano Treueri querebantur. hic uero iam Ceſar

ultro maſſiliam nauali ponte tranſgreditur ipſumq; Henuz
et bircanis boſtem querit in ſiluis: Sed in ſiluas|ac paludes
omne genus diffugerat tantum pauoris incuſſit ultra ripaz
Romana uis: nec ſemel Henus|et iterum quoq; |et quidem
ponte facto penetratus eſt. Sed maior aliquãto trepidatio
quippe cum Henum ſuum ſic ponte|quaſi iugo captum ui-
derent: fuga rurſus in ſiluas in paludes: Sed quod acerbiſſi
mum Ceſari fuit|non fuere|qui uincerentur: omnib9 terra
mariq; captis reſpexit oceanum: et quaſi bic romanis orbis
non ſufficeret|alterum cogitauit. Claſſe igit̃ comparata Bri
tanniam petit. In Britãniam tranſit mira celeritate. Quippe
qui tercia uigilia morinis ſoluiſſet a portu |minuſ q̃ medio
die inſulã ingreſſus eſt: plena erãt tumultu boſtico littrea
et terpidantia ad conſpectum rei noue carpenta uolitabant
Itaq; trepidatio pro uictoria fuit. Arma et obſides accepit
a trepidis: et ulterius iſſet |niſi improbam claſſez naufragio
caſtigaſſet oceanus: reuerſus igitur in Galliaz claſſe maiore
auctis admodum copiis in eundem rurſus oceanuz|eoſdẽq;
Britannos|Caledonias ſecutus iſulas: unumquoq; eniz regi
bus cauelianis in uincula dedit: contentus biis |non enim ꝓ
uincie ſed nomini ſtu debatur|cuz maiore q̃ prius preda re
uectus eſt: ipſo quoq; oceano tranquillo magis|et propitio:
quaſi imparem ſe fateretur: ſed maxima omnium|eadez no
uiſſima coniuratio fuit Galliarum: cum omnes pariter aluer
nos atq; bituritas|Carnetas ſimul Sequanoſq; cõtraxit: Ille
corpore|armis|ſpirituq; terribilis|nomine etiam|quaſi ter-
rore compoſito uergingetorix|Ille feſtis diebus|et concilia
libus cum frequentiſſimos in lucis baberet ferocibus dictis
ad ius priſtinum libertatis erexit: aberat tunc Ceſar Rauen
ne delectum agens: et byeme creuerant alpes: ſic interclu-
ſum putabant iter. ſed ille qualis erat ad nuncium rei feliciſ
ſime temeritatis per inuiuos ad id tempus montium tumu-
los per intactas uias|et niues expedita manu emenſus|occu
pat Galliam|et ex diſtantibus Hybernis caſtra contraxit:
et ante in media Gallia fuit|quam ab ultima timeretur. Tũ

ipſa capita belli aggreſſus urbes|aluarſcum quadraginta mi
lia propugnantium ſuſtulit Aleſiam ducentorum quadragin
ta millium Iuuentute ſubnixam flammis adequauit. Circa
gergoniam Auernorum tota belli moles fuit:quippe cuȝ oc
toginta millia muro et arce. et abruptis defenderent maxi
mam ciuitatem uallo|ſudibus |et foſſa |inductoq; foſſo flu-
mine ad hoc.xviii.caſtellis|ingentiq; lorica circundatā pri
mum fame domuit:mox audentem eruptiones| in uallo gla
diis|ſudibus concidit:nouiſſime in deditionem redegit.Ipſe
ille rex maximum uictorie decus ſupplex cum caſtra ueniſ
ſet|phaleras|et ſua arma ante Ceſaris genua proiecit.habes
inquit fortem uirum fortiſſime uiciſti.

Bellum Parthicum.

d Vm Gallos per ceſarem in ſeptentrione debellat:
Interim ad orienteȝ graue uulnus a Parthis popu
lus Romanꝰ accepit.nec de fortuna queri poſſumꝰ
Caret ſolatio clades|aduerſis diis |et hominibus cupiditas
conſulis craſſi| Dum parthico inhiat auro undeciȝ ſtrage le
gionum|et ipſius capite mulctata eſt:et tribunꝰ plebis Me
tellis exeuntem duceȝ hoſtilibꝰ diris deuouerat: et cũ ȝeug
ma tranſiſſet exercitus|rapta ſubitis ſigna turbinibꝰ hauſit
Eufrates:et cum apud Niceforum caſtra poſuiſſet miſſi ab
herode rege legati denunciauerunt precurſorum cum Pom
peio federum|Sillaq; meminiſſent:regiis inhians ille The-
ſauris:nihil ne imaginario quideȝ iure|ſed Selence ſe reſpõ
ſurum eſſe reſpondit.Itaq; dii federum ultores nec inſidiis
nec uirtuti hoſtium defuerunt:Iamprimuȝ qui ſolus et ſub
uehere commeatus|et muuire poterat a tergo relictus Eu-
phrates:tum ſimulato tranſfuge cuidam maȝare Syro cre-
ditur|dum in mediam camporum uaſtitatem eodẽ duce duc
tus excercitus|undiq; hoſti exponeretur .Itaq; uix dum ue
nerat Carras:cum undiq; prefecti regis Silates|et Sirenas
oſtendere ſigna auro |ſericiſq; uexillis uibrantia:Tunc ſine
mora circumfuſi undiq; equitatus in moduȝ grandinis|atq;

nimborum diuerſa pariter tela fuderunt. Sic mirabili ſtrage deletus exercitus Ipſe in colloquium ſollicitatus ſigno dato unius in hoſtium manus incidiſſet: niſi tribunis reluctantibus fugam ducis barbari ferro occupaſſent. Sic quoq relatum caput ludibrio hoſti fuit. filium ducis pene in conſpectu patris eiuſdem telis operuerunt Reliquie in felicis exercitus quo quenq rapuit fuga | in armeniam | Cilyciam | Syriamq diſtracte uix nuncium cladis retulerunt. Caput eius reciſum cum dextra manu ad regem reportatum ludibrio fuit: nec indigno: aurum enim liquidum in rictum oris effuſuz eſt ut cuius animꝰ arſerat auri cupiditate | eius etiā mortuum et exangue corpus auro urcretur.

A nacephaleoſis. finis tercie etatis ſcz Iuuentutꝭ.

Hec eſt illa tercia etas populi romani tranſmarina qua italia progredi auſus orbe toto arma circūtulit. Cuius etatis ſuperiores centuz anni | ſancti pii | et ut diximus aurei ſine flagitio | ſine ſcelere | duz ſincera adhuc | et innoxia paſtorie illius ſecte integritas. Dumq penorum hoſtium imminens metus | diſciplinam ueterez continebat. poſtremi centum | quos a carthaginis | corinthi Numatieq excidiis | et attali regis aſiatica hereditate deduximus in ceſarem atq pompeiū: ſequutumq hos | de quo dicemus | Auguſtum ut claritate rerum bellicarum magnifici: Ita domeſticis cladibus miſeri | et erubeſcendi: Quippe ſic galliam Thraciam | Siciliam | Cappadociam | uberrimas | ualidiſſimaſq prouincias | armenios et brittannos | et ut nō in uſum Ita ad imperii ſpeciem magna nomina acquiſiſſe pulchrum ac decorum. Ita eodem tempore dimicaſſe domi cum ciuibus ſociis | mancipiis | gladiatoribꝰ | totoq inter ſe Senatu turpe ac miſerandum at neſcio | an ſatius fuerit populo Romano Sicilia et affrica contento fuiſſe: aut hiis etiam ipſis carere | dominati in Italia ſua | q̄ eo magnitudinis creſcere: ut uiribus ſuis conficeretur. Que enim res alia ciuiles furores peperi q̄ nimia felicitas: ſyria primum nos uicta corrupit: Mox

aſiatica pgameni reg̃ hereditas. Ille opes atq̃ diuicie afflix
ere ſeculi mores: merſamq̃ uiciis | quaſi ſentina rem pu. peſ
ſundedere. unde cum populus romanus a tribunis agros |
et cibaria flagitaret niſi per famem | quaʒ luxu fecerat. hinc
quoq̃ Graccana | et prima | et ſecunda | et illa tercia Apuleia
na ſeditio: unde regnare iudiciariis legibus iuſſus a ſenatu
eques: niſi ex auaricia | et uectigalia reipublice atq̃ ipſa iu-
dicia in queſtu haberētur. hinc rurſus et promiſſa ciuitas la
tio | et per hoc arma ſociorum. Quid autem bella ſeruilia un
de nobis | non ex abundantia familiariũ. unde gladiatorii ad
uerſus dominos ſuos exercitus | niſi ad conciliandum plebis
fauorem: effuſa largitio cum ſpectaculis indulget ſupplicia
quondam hoſtium artem facit iam ut ſpecioſiora uicia tan-
gamus: nonne ambitus annorum ab hiſdem diuiciis incitatꝰ
atq̃ inde Mariana | inde ſillana tempeſtas: atqui magnificꝰ
apparatus conuiuiorum | et ſumptuoſa largitio | num ab opu
lentia paritura mox egeſtatem: hec catilinam patrie ſue im
pegit. deniq̃ illa ipſa principatus | et dominādi cupido: unde
niſi ex nimius opibus uenit: Atqui hic Ceſarem | atq̃ pom-
peium furialibus in exitium rei. p. facibus armauit. hos igiť
populi Romani omnes domeſticos motꝰ ſeparatos ab exter
nis iuſtiſq̃ bellis ex ordine proſequemur.

Cauſe Seditionum Vrbis.

ſ Editionium omnium cauſas tubunicia poteſtas ex
citauit. que ſpecie quidem plebis tuende: cuius in
auxilium comparata erat: re autem dominationem
ſibi acquirens | ſtudium populi | ac fauorem agrariis | frumen
tariis | iudiciariis | legibus aucupabatur | Inerat omnibus ſpe-
cies equitatis. Quid taʒ iuſtum enim | q̃ recipere plebeʒ ius
ſuum a patribus. ne populus gentium uictor | orbiſq̃ poſſeſ-
ſor | extorris aris | ac focis ageretur Quid tam equum | q̃ ino
pem populum uiuere ex errario ſuo. Quid ad ius libertatis
equande magis efficax | q̃ ut ſenatu regente prouincias ordi
nis equeſtris auctoritas ſaltem iudiciorum regno niteretur

ſedhec ipſa in perniciem redibant:et miſera reſpublica in exitium ſuuz merces erat:Nam et a Senatu inequité tranſlata iudiciorum poteſtas|uectigalia|imperii patrimonium ſupprimebat et emptio frumenti ipſos reipu. neruos exhauriebat erariuz. Reduci plebs in agros unde poterat ſine poſſidentium euerſione|q ipſi pars populi erant: tñ relictas ſibi a maioribus ſedes|etate q̃ſi iure hereditario poſſidebãt.

Seditio Gracchi.

p Rimam certaminum facem Gracchꝰ accendit|genere|forma eloquẽtia facile princeps. Sed hic ſiue mancinianę deditionis quia ſpõſor federis fuerat|contagium timens:et inde popularis ſiue equo et bono ductus:quia depulſam agris ſuis plebem miſeratus eſt:ne populus gentium uictor orbiſq; poſſeſſor laribus ac focis ſuis exularet:quacunq; mente rem auſus ingentem:poſtq̃ rogationis dies aderat ingenti ſtupatus agmine roſtra conſcendit:nec deerat obuia manu tota inde nobilitas|et tribuni in partibus. Sed ubi intercedentem legibus Caium octauium uidet Grachus|contra fas collegii ius poteſtatiſ iniecta manu depulit roſtris: Adeoq; preſenti metu mortis exterruit:ut abdicare ſe magiſtratu cogeret: ſic triũuir creatus diuidendis agris cum ad perpetranda cepta die comitiorum prorogari ſibi uellet imperium|obuia nobiliũ manu eorumq; quos agris mouerat cedes a foro cepit:inde cum ĩ capitolium profugiſſet:plebemq; ad defenſionẽ ſalutis ſuę caput manu tangens|hortaretur:prebuit ſpeciez regnũ ſibi ac diadema poſcentis:atq; ita duce Scipione Naſica cõcitato in arma populo|quaſi iure oppreſſus eſt.

Seditio alterius Gracchi fratris.

ſ Tatim et mortis et legum fratris ſui uindex non minore impetu incaluit Caius Gracchus|qui cum pari tumultu atq; terrore plebem in auitos agros

accẽderet et r ecentẽ Attali hereditatẽ in alimenta pp̄lo polli
ceret. Iãqꝫ nimius et potens altero tribunatu ſcd̄a plebe uoli
taret|abrogare auſo legibus ſuis Minutio tribuno|fretus co-
mitũ manu fatale familie ſue capitoliũ iuaſit. Inde proximoꝝ
cede depulſus|cum ſe in auentinuꝫ recepiſſet. Inde quoqꝫ ob-
uia Senatus manu ab Opimio Conſule eſt oppreſſus. Inſultatũ
quoqꝫ mortis reliquiis et illud ſacro ſanctum caput Tribuni
plebis percurſoribus auro penſatuꝫ eſt.

Seditio Apuleiana.

n Ibilominus Apuleius ſaturninus gracchanas aſſe-
rere leges non deſtitit: tantum animorum uiro Ma-
rius dabat: q nobilitati ſẽper inimicus: conſulatu ſuo
ꝑterea confiſus: occiſo palaꝫ comitiis Annio competitore tri
bunatus ſubrogare conatus eſt in eius locum Caiũ Gracchuꝫ
hominem ſine tribunatu|ſine nomine| ſed ſubdito titulo in fa
miliam ipſe ſe adoptabat: cum tot tantiſqꝫ ludibriis exultaret
impune rogandis Gracchanis legibus ſic uehementer ĩcubuit
ut ſenatum quoqꝫ cogeret in uerba iurare| cum abnuentibus
aqua et igni interdicturum ſe minaretur. unus tamen extitit
qui mallet exilium. Igitur poſt Metelli fugã omni nobilitate
percuſſa|cum iam tercium annuꝫ dominaretur: eo ueſanie pro
greſſus eſt: ut conſularia quoqꝫ comicia noua cede turbaret
quippe|ut ſatellitem furoris ſui Clauciam conſulem faceret
Caium memmium competitorem interfici iuſſit. et in eo tu-
multu regem cũ ſatellitibus ſe appellatum letus accedit. Tum
uero iam conſpiratione ſenatus ipſo quoqꝫ iam Mario cõſule
quia tueri non poterat: aduerſo directe in foro acies: expulſꝰ
inde capitolium inuaſit: ſed cum abruptis fiſtulis obſideretur
Senatui qꝫ per legatos penitentie fidem faceret. ab arce di-
greſſus cum ducibus factionis receptus in curiam eſt. ibi cuꝫ
facta irruptione populus fuſtibus ſaxis qꝫ coopertuꝫ etiã ĩpa
morte quoqꝫ lacerauit.

Seditio druſiana.

p Oſtremo Liuius druſus non tribunatus modo iu ribus ſed ipſius etiam ſenatus auctoritate| totius q italie conſenſu eaſdem leges aſſerere conatus: dum aliud captat ex alio| tantum conflauit incendium ut ne prima illius flamma poſſet ſuſtineri et ſubita morte correptus here ditarium in poſteros ſuos bellum propagaret. Iudiciaria lege Caii Gracchi diuiſerant populum Romanuz et bicipitem ex una fecerant ciuitatem: equites Romani tanta poteſtate ſub nixi: ut qui fata| fortunas q principum haberent in manu| in tercept s uectigalibus ſpeculabantur ſuo iure rem. p. Senatus exilio Metelli| damnatione Rutilii debilitatus| omne decus maieſtatis amiſerat. In hoc ſtatu rerum pares opibus| animis dignitate| Vnde et nata Liuio druſo emulatio acceſſerat. Fq tem Seruilius cepio: Senatuz Liuius druſus aſſerere: ſigna et aquile| et uexilla aderant. Ceterum ſic in urbe una quaſi in bi nis caſtris diſſidebatur. prior Cepio in ſenatum inpetu facto reos ambitus Scaurum| et Philippum principes nobilitatis ele git: Hiis motibus ut reſiſteret Druſus plebem ad ſe Grac chanis legibus eiſdem| ſocios ad plebem ſpe ciuitatis erexit. Extat uox ipſius: nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe| niſi qs aut cenum diuidere uellet| aut celum. Aderat promulgandi dies: cum ſubito tanta uis hominuz undiq apparuit: ut hoſtiū aduentu obſeſſa ciuitas uideretur. auſus tamen abrogare de le gibus conſul Philippus: ſed apprehenſum faucibus uictor| non ante dimiſit q̈ ſanguis in ora et oculos redundaret. ſic per uiz lite| iuſſe q leges: ſed preciuz rogationis ſtatim ſocii flagitare Cum interim imparem Druſum| egrū q rerum temere mo tarum matura: ut in tali diſcrimine mors abſtulit: nec ideo minus ſocii promiſſa Druſi: aut populo Romano repoſcere ar mis deſierunt.

Bellum ſociale I talicum.

ſ Ociale bellum uocetur licet| ut extenuemus iuidiam ſi uerum tamen uolumus| illud ciuile bellum fuit. Quippe cum populus Romanus Etruſcos| Latinos|

Sabinos qꝫ miſcuerit:ut unum ex omnibus ſanguinem ducat
corpus fecit ex membris|et ex omnibus unus eſt:nec minore
flagitio ſocii intra Italiam q̃ ciues intra urbeꝫ rebellant:Itaqꝫ
cum Thuſci ciuitates quas uiribus auxerant|ſocii iniuſtiſſime
poſtularent: ad quam ſpē eos cupidine dominationis Druſus
erexerat:Poſtq̃ ille domeſtico ſcelere oppreſſus eſt: eadē fax
quam illum cremauit|ſocios in arma| et expugnationeꝫ urbis
accendit.Quid hac clade triſtius.quid calamitoſius:cuꝫ omne
latium atqꝫ picenuꝫ Etruria omnis atqꝫ Campania:poſtremo
Italia contra matrem ac parentem ſuam urbem conſurgerent
cum omne robur fortiſſimorum fideliſſimorum qꝫ ſociorū ſub
ſuis quiſqꝫ ſignis haberent municipalia.illa prodigia Poppedi⁹
Marſos|latinos Affranius:Vmbros totus Senatus et cōſules
Samnium: Lucaniam qꝫ Thelesinus:cum regum et gentium
arbiter populus ipſum ſe regere non poſſet: ut uictrix Aſie
Europeqꝫ Corfinio Roma peteretur:Primum fuit belli ī Al
bano monte conſilium:ut feſto die latinarum Iulius Ceſar et
Martius philippus conſules inter ſacra et aras imolarentur.
Poſtquam id nefas proditione diſcuſſum eſt Eſculo furor oīs
erupit.In ipſa quidem ludorum frequentia trucidatis qui tuꝫ
aderant ab urbe legatis.hoc fuit impii belli ſacramentū. Inde
iam paſſim ab omni parte Italie duce et auctore belli diſcur-
ſante Poppedio diuerſa per populos et urbes ſigna cecinere
Nec Hannibalis nec pyrri tanta fuit uaſtatio.ecce Otrico-
lum.ecce Truentus.ecce feſule.ecce Carſeoli reſerata Nuce
ria et Picentia cedibus: ferro.et igne uaſtantur. fuſe Rutilii
copie.fuſe Cepionis.Nam cū ipſe Iulius Ceſar exercitu amiſ
ſo in urbe cruentus referretur miſerabili funere mediā urbeꝫ
peruiam fecit.ſed magna populi Romani fortuna et ſemper ī
malis maior.totis denuo uiribus inſurrexit. Aggreſſi qꝫ ſingꝉi
populos Cato diſcutit Etruſcos Sabinius Marſos Carbo Lu-
canos.Silla Samnites.Strabo uero Pompeius omnia ferro flā
mis qꝫ populatus .non prius finem cediuꝫ fecit q̃ Eſculi euer
ſione manibus tot exercituum conſulum:directarū qꝫ urbiuꝫ
diis litaretur.

Bellum ſeruile.

a

Tcumq́ |et ſi cum ſociis nefas| cum liberis tamē et ingenuis dimicatum eſt. Quis equo animo ferat in principe gentium populo bella ſeruorum: Primum ſeruile belluȝ inter initia urbis. Herdonio duce Sabino ĩ ipſa urbe tēptatuȝ ē: cũ occupata Tribunitiis ſeditionibꝰ ciuitate Capitoliũ obſeſſũ eſt|et a conſule captum. Sed hic tumultus magis fuit q̃ bellum. Mox imperio per diuerſa terrarum occupato|quis crederet Siciliam multo cruentius ſeruili q̃ punico bello eſſe uaſtatam. Terra frugum ferax: et quodammodo ſuburbana prouincia late fundis ciuium Romanoruȝ tenebat̃ hic ad cultum agri frequentia ergaſtula|cathenati q́ cultores materiam bello prebuere. Syrus quidem nomine: cuius magnitudo cladium facit: ut meminerimus fanatico furore ſimulato. Dum Syrie dee comas iactat|ad libertatē: et arma ſer uos quaſi numinum imperio concitauit: id q́ ut diuinitus fieri ꝓbaret|in ore abdita nuce quam ſulfure: et igne ſtipauerat leniter inſpirans|flāmam inter uerba fundebat. Hoc miraculũ primo duo milia ex obuiis. Mox iure belli refractis ergaſtulis ſexaginta milium fecit amplius exercitum regiis: ne quid malis decoratus inſignibus|caſtella|uicos|opida miſerabili direptione uaſtauit. Quin illud quoq́ ultimum belli dedecus| capta ſunt caſtra pretorum: nec nominare ipſos pudebit: caſtra Manilii Piſonis|Lentuli|Hipſei: Itaq́ qui per fugitiuos detrahi debuiſſent pretorios duces profugos prelio ipſi ſequebantur. Tandem Perpenna Imperatore ſupplicium de eis ſũptum eſt. hic eniȝ uictos: et apud Etnam nouiſſime obſeſſos cũ fame|quaſi peſtilentia conſumpſiſſet: reliquas latronum compedibus|cathenis religauit| crucibus q́ puniuit: fuit q́ de finis ouatione contentus: ne dignitateȝ triumphi ſeruili inſcriptione uiolaret. uix dum reſpirauerat inſula|cum ſtatim ſerui et a Syro reditur in Cilicem. Athenio paſtor interfecto dño familiam ergaſtulo liberatam ſub ſignis ordinat. ipe ueſte purpurea| argenteo q́ baculo| et regium in morem fronte redimita: non minorem q̃ ille fanaticus prior conflat exercitum

acriuſq multo|quaſi et illũ uindicaret|uicos|opida|caſtella
diripiens|in dominos|in ſeruos infeſtius|quaſi in trãſfugas
ſeuiebat·ab hoc quoq pretoris exercitus ceſi|capta Seruilii
caſtra|capta Luculli· ſed Aquilius perpenne uſus exemplo
interclusum hoſtem cõmeatibus ad extrema compulit:com
minutaſq copias armis|fame facile deleuit·dediſſent ſe niſi
ſuppliciorum metui uoluntariam mortem pretuliſſent: Ac
nec de duce quidem ſuppliciũ exigi potuit:q̃uis in manus ue
nerit·Quippe dum circa ad deprehendendum eum multitu-
do contendit inter rixantium manus preda lacerata eſt

Bellum Sparthacum·

e

Nimuero Seruilium armorum dedecus feras:tñ
et ipſi per fortunã in omnia obnoxii: tamen quaſi
ſecundum hominum genus ſunt:et in bona liber-
tatis noſtre adoptantur· Bellum Sparthaco duce concitatũ
quo nomine appellem neſcio·quippe cum ſerui militauerint
gladiatores imperauerint· illi infime ſortis homines in peſ-
ſimam auxere ludibrio calamitatem· Sparthacus Chriſus
Enomaus effracto Lentuli ludo cum triginta haud amplius
eiſdem fortune uiris erupere Capua:ſeruiſq ad uexilla uo
catis:cum ſtatim decem amplius nulla coiſſent homĩes| nõ
modo effugiſſe contenti:iam uindicare uolebant|prima ue-
lut ara uiris mons ueſubius placuit·Ibi dum obſiderentur a
Clodio Halabrione per fauces caui montis uitineis dilapſi
uinculis|ad imas eius deſcendere radices|et exitu inuio ni-
chil tale oppinantis ducis ſubito ĩpetu caſtra rapuerunt·ĩde
alia caſtra|deinceps chorani:totamq peruagãtur campaniã
nec uillarum| atq uicorum uaſtatione contenti| Nolaz atq
Nuceriam| Thurios|atq Methapontuz terribili ſtrage po
pulantur: affluentibus in diem copiis: cum iam eſſet iuſtus
exercitus eſt uiminibus |pecudumq tegmentis inconditos
ſibi clipeos:et ferro ergaſtulorum recto |gladios ac tela fe-
cerunt:ac ne quod decus iuſto deeſſet exercitui:domitis ob
uiis gregibus parare equitatus:captaq de pretoribꝰ ĩſignia

et faſces ad ducem detulere: nec abnuit ille de ſtipendiario trahi| miles de milite deſector: inde latro. deinde in honore uirium gladiator| qui defuuctorum quoq; prelio ducum funera imperatoris celebrauit exequiis: captiuoſq; circa rogũ iuſſit armis depugnare: quaſi plane expiaturus omne preteritum dedecus| ſi de gladiatore munerator fuiſſet. Inde iam conſulares quoq; aggreſſus in Apennino Lentuli exercitum percecidit: apud Mutinam Cay Caſſii caſtra deleuit: quib⁹ elatus uictoriis et inuadenda urbe Romana| quod ſatis eſt turpitudini noſtre deliberauit: tandem etiam totis imperii uiribus contra Mirmillonem conſigitur: pudoremq; Romanum Licinius Craſſus aſſeruit. A quo pulſi fugatiq; pudet dicere hoſtes in extrema Italie refugerunt| ibi circa Brutiũ angulum clauſi: cum fugam in Siciliam pararent: neq; nauigia ſuppeterent: rateſq; ex cratibus| et dolia connexa uirgultis in rapidiſſimo ferto fruſtra experirentur. Tandeȝ eruptione facta dignam uiris obire mortem: et quod ſub gladiatore duce oportuit ſine miſſione pugnatum eſt. Spartachus ipſe. in primo agmine fortiſſime dimicans| quaſi imperator occiſus eſt.

Bellum ciuile Marii et Sille.

h Oc deerat unuȝ populi Romani malis| Iam ut ipſe inter ſe parricidale bellum domi ſtringeret| et in urbe media| ac foro| quaſi arena| ciues cum ciuibus ſuis gladiatorio more concurrerent: equireo animo| utcunq; ferrem| ſi plebi duces| aut ſi nobiles malis ſaltem ducem ſceleri prebuiſſent: cum uero profacinus| qui uiri| qui imperatores| decora et ornamenta ſeculi ſui| Marius et Silla peſſimo facinori ſuam etiam dignitatem prebuerunt. Tribus ut ſic dixerim ſyderibus agitatum eſt: primo et leui et modico tumultu magis q̃ bello intra ipſos armorum duces ſubſiſtente ſeuicia. mox atrocius et cruentius per totius uiſcera ſenatus craſſante uictoria: ultimum non ciuicam modo ſed hoſtilem quoq; rabiem ſupergreſſum eſt: cum armorum

furor totius Italie uiribus niteretur:eo uſqꝫ odiis ſeuiētibꝰ
donec deeſſent qui occiderentur:Inicium et cauſa belli inex
plebilis honorum Marii fames: dum decretam Sille prouin
ciam ſulpicia lege ſollicitat:ſed impatiens īiurie ſtatim Silla
legiones circūegit:dilatoqꝫ Mitridate equilina|collinaqꝫ por
ta geminum infudit urbi agmen· unde conſulto Sulpicius et
Albinonanus obieciſſent cateruas: ſudeſqꝫ et ſaxa undiqꝫ a
menibus: ac tela iacerentur: ipſe quoqꝫ iaculatus incendio
uiam fecit:arcemqꝫ Capitolii que penas quoqꝫ|Gallos etiam
Senonas euaſerat|quaſi captiuam uictor inſedit|cum ex cō-
ſulto ſenatus aduerſariis hoſtibus iudicatis in preſentē Tri
bunum:alioſqꝫ diuerſe factionis iure ſeuitum eſt· Marium
ſeruilis fuga exemit: immo fortuna alteri bello reſeruauit
Cornelio Cinna Gneo Octauio Conſulibus male obrutum
reſurrexit incendium:et quidem ab ipſorum diſcordia|cum
de reuocādo q̊s ſenatus hoſtes iudicauerat ad pp̄lm referret
cīcta qdē gladiis cōcione:ſed uicētibꝰ qbꝰ pax et qes potior
ꝓfugꝰ patria ſua Cīna cōfugit ad ꝑtes:redit ab Africa Ma
rius clade maior: ſi quidem carcer:cathene:fuga:exiliuꝫ ho
norificauerunt dignitatem·Itaqꝫ ad nomen tanti uiri late cō
curritur:ſeruicia pronefas et ergaſtula armantur: et facile
inuenit exercituꝫ miſer Imperator· Itaqꝫ ui patriā repoſcēs
unde ui fuerat expulſus:poterat uideri iure agere:niſi cām
ſuam ſeuicia corrumperet·Sed cum diis homībuſqꝫ infeſtus
rediret:ſtatim primo impetu cliens| et alumna urbis hoſtia
nefanda ſtrage diripitur· mox in urbem quadruplici agmīe
intratur· Diuiſere copias Cinna|Marius|Carbo|ſertorius·
Hic poſtq̄ manus omnis Octauii depulſa ianiculo eſt:ſtatī
ad principuꝫ cedem ſigno dato aliquanto ſeuius| q̄ aut in pu
nica|aut ī Cimbrica urbe ſeuitur· Octauii conſulis caput ꝓ
roſtris exponitur· Antonii conſularis in marii ipſius mēſis
ceſi a fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidantur
Craſſi pater et filius in mutuo alter alterius aſpectu: Bebiū
atqꝫ Numitorium per medium forum unci traxere carnifi
cum·Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit· Me
rula flamendialis in Capitolio Iouis ipſius oculos uenarum

cruore reſperſit. Ancharius ipſo uidente Mario confoſſus
eſt: quia fatalem illam ſcilicet manum non porrexerat ſa u-
tanti. Hec tot ſenatus funera inter kalendas et ydus Ianlua
rii menſis ſeptima illa Marii purpura dedit. Quid futurum
fuit ſi annum conſulatus impleſſet. Scipione de Norbano
quinto conſulibus tercius ille Turbo ciuilis inſanie toto fu
rore detonuit: Quippe cuꝫ hinc octo legiones inde qngente
cohortes ſtarent in armis| inde ab Aſia cum uictore exerci
tu Silla properaret: et ſane cum tam ferus in ſillanos Ma-
rius fuiſſet: quanta ſeuicia opus erat ut Silla de Mario uin
dicaretur primum apud Capuaꝫ ſub amne Vlturno ſigna cõ
currunt| et ſtatim Norbani fuſus exercitus: ſtatim omnes
Scipionis copie oſtenta ſpe pacis oppreſſe: tum Marius iuue
nis: et Carbo Conſules quaſi deſperata uictoria| ne multi p-
irent ſanguine ſenatus ſibi parentabant: obſeſſaqꝫ curia| ſic đ
ſenatu quaſi de carcere qui iugularentur educti| quid fune
rum in foro| in circo| in patentibus templis: Nã. Q. mucius
ſceuola pontifex feſtales amplexus aras tantuꝫ non eodem
igne ſepelitur. Lamponius| atqꝫ Theleſinus Samnituꝫ duces
atrocius Pyrrho| et Hannibale Campaniam| etruriamqꝫ po-
pulantur| et ſub ſpecie partium ſe uindicabant. Apud ſacri-
portum| Collinamqꝫ portam debellate omnes hoſtium copie
ibi Marius| hic Theleſinus oppreſſi: Nec idem tamen cediũ
qui bello finis fuit: ſtricti enim et in pace gladii: animaduer
ſumqꝫ in eos: qui ſe ſponte dediderãt| minus eſt| quod apud
ſacriportum| apud Collinam ſeptuaginta amplius milia Sil-
la concidit: Bellum erat quatuor milia deditorum inermiuꝫ
ciuium in uilla publica interfici iuſſit. iſti tot in pace nõ plu
res ſunt. Quis autem illos poteſt computare quos in urbe
paſſim quiſquis uoluit occidit: donec admonente Furfidio
uiuere aliquos debere: ut eſſent quibus imperarent. propo-
ſita eſt ingens illa tabula: et ex ipſo equeſtris ordinis flore
ac ſenatu duo milia electi qui mori iuberentur noui gene-
ris edictuꝫ: piget poſt hec referre Ludibrio habita fata Car
bonis| fata Sorani pretorios atqꝫ uenuleios| Bebium ſine fer
ro ritu ferarum inter manus laceratuꝫ marium ducis ipſius

fratrem apud Catuli ſepulchrum oculis|cruribus|manibus
qꝫ defoſſis ſeruatum aliquamdiu: ut per ſingula membra cō
moreretur·poſitis ſingulorum hominum fere penis· munici
pia Italie ſplendidiſſima ſub haſta uenerunt: Spoletuꝫ|Inter
amne|Preneſte|Florētia·Nam ſulmo uetus opidū ſociū atqꝫ
aīcuꝫ populi·Romani·O facinꝰ indignū nondū expugnatum
ut obſides iure belli: et modo morte damnati duci iubentur
ſic damnatam ciuitatem iuſſit Silla deleri·

Bellum Sertorianum·

b

Ellum ſertorianum quid aliud q̃ Sillane proſcrip-
tionis hereditas fuit·hoſtile potius an ciuile dixe-
rim|neſcio quippe ꝙ Luſitani Celtiberiqꝫ Romano
geſſeruut duce exul et profugus feralis illius tabule uir ſū-
me quidem|ſed calamitoſe uirtutis ſuis malis maria terras
qꝫ permiſcuit: et iam Africe: iam Balearibus inſulis exptus
fortunam: miſſuſqꝫ in oceanum fortunataſqꝫ inſulas penetra
uit· Tandem Hiſpaniam armauit·uir cum uiris facile con-
uenit: nec alias magis apparuit Hiſpani militis uigor|q̃ Ro-
mano duce: q̃q̃ ille non contentus Hiſpania ad Mitridatem
quoqꝫ|ponticoſqꝫ reſpexit: regeꝫqꝫ claſſe iuuit: et quid futuꝝ
fuit ſatis tanto hoſti uno imperator reſiſtere res Romana
non potuit: Additus Metello Gneus Pompeius· hii copias
uiri diu| et ancipiti ſemper acie attriuere· nec tamen prius
bello| q̃ ſuorum ſcelere et inſidiis extinctus eſt· copias eius
prope tota Hiſpania perſecuti| diu et ancipiti ſemper acie
domuerunt: prima per legatos habita certamina: cum hinc
Domicius Ethorius|inde herculei prolauderent: Mox hiis
apud Segoniam|illis apud Ariam flumen oppreſſis: ipſi du-
ces cominus inuicem experti apud Lauronem atqꝫ Sutronē
equauere clades: tum illis ad populationem agroruꝫ: hiis ad
urbium excidia conuerſis|miſera inter Romanos duces Hiſ
panie diſcordie penas dabat: donec oppreſſo domeſtica frau-
de Sertorio|uicto deditoqꝫ Perpenna: ipſe in Romanam q̊qꝫ
fidē uenere urbes Oſca·Thermeſtudia| Valētia| Auximia

et in fame nichil non experta Calaguris. ſic recepta in pace Hiſpania uictores duces externuꝫ id magis q̄ ciuile bellum uideri maluerunt| ut triumpharent.

Bellum ciuile ſub Lepido.

l Epido. Q. Catulo Conſulibus ciuile bellum pene cicius oppreſſum eſt q̄ inciperet: ſed quantum late fax illius motus ab ip̄o Sille rogo exarſit. Cupidus namq; rerum nouarum per inſolentiam Lepidus acta tanti uiri reſcindere parabat: nec immerito| ſi tamen poſſet ſine magna clade rei. p. Nam cum iure belli Silla dictator proſcripſiſſet inimicos qui ſnpererant reuocante Lepido quid aliud q̄ ad bellū uocabantur. Cuꝫq; damnatorū omniū bona addicente Silla: q̄uis male captauit. tamen repetitio eorum proculdubio labefactabat compoſitam ciuitatem. Expediebat ergo quaſi egre ſaucieq; rei. p. reqeſcere: quomodocunq; ne uulnera curatiōe ipſa ſcinderēt. Ergo cū t̄bidis cōcioib⁹ uelut claſſico ciuitatem terruiſſet: profectus in Etruriā arma inde et exercitum urbi admouerat: ſed iam Miluium pontem collemq; Ianiculum Lutatius Catulus Gneuſq; Pōpeius Sillane dominationis duces: atq; ſigniferi alio exercitu īſiderant a quibus primo ſtati impetu repulſus| hoſtis q; a ſenatu iudicatus in cruenta fuga Etruriā inde Sardiniam receſſit. ibiq; morbo et penitentia interiit: uictoreſq; q; non temere alias in ciuilibus bellis pace contēti fuerunt.

Finis Tercii libri Lucii Amnei Flori| ſequitur Quartus.

Bellum Catiline.

c Atilinam luxuria primū: tuꝫ hinc conflata egeſtas rei familiaris ſimul occaſio| q; in extremis mundi finibus arma Romana peregrinabantur in nefaria cōſilia opp̄mende patrie ſue compulē

Senatum confodere| conſules trucidare| diſtinguere incen diis urbem: diripere erarium: deniq; totam rem pub. funditus tollere: et quicquid nec Hannibal uideretur optaſſe quibus O nefas ſociis aggreſſus eſt ipſe patricius: ſed hoc minus eſt: Curii| Porcii| Sille| Cethegi| Antonii| Varguntei atq; Longini: que familie: que ſenatus iſignia: Lentulus q̄q; tum maxime pretor hos omnes immaniſſimi facinoris ſatellites habuit. Aditum eſt pignus coniurationis ſanguis humanus: quem circumlatum pateris libere ſummũ nefas: niſi amplius eſſet propter quod biberunt. Actum erat de pulcherrimo imperio: niſi illa coniuratio in .M. Tullium Ciceronem et. C. Antonium Conſules incidiſſet: quorum alter ĩduſtria rem patefecit: alter manu oppreſſit: tanti ſceleris indicium per Fuluiam emerſit uiliſſimam ſcortum: ſed patriciis ignoſcens: Tum Conſul habito Senatu in preſentem patricidam: in preſentem reum Cicero perorauit: ſed nõ amplius profectum| q̄ ut hoſtis euaderet: ſeq; palam profeſſo incendium ſuum reſtincturum ruina minaretur: et ille qdẽ ad preparatum a Manlio in Etruria exercituꝫ proficiſceret̃ ſigna illaturus urbi. Lentulus deſtinatum familie ſue Sibillinis uerſibus regnum ſibi uaticinans| id preſtitum a Catilina diem urbe tota uiros| faces| tela diſponit: nec ciuili conſpiratione contentus legatos Allobrogum| qui tum forte aderant in arma ſollicitat. Iſſet ultra alpes furor: niſi altera proditione Vulturcii Pretoris littere tenerentur. ſtatim Ciceronis imperio iniecta eſt Barbaris manus: palam pretor in Senatu conuincitur de ſupplicio agentibus| Ceſar parcendum dignitati| Cato animaduertendum pro ſcelere cenſebat quam ſententiam ſecutis omnibus in carcere patricide ſtrãgulantur: quamuis parte coniurationis oppreſſa| tamen ab ĩcepto Catilina non deſtitit: ſed infeſtis ab Etruria ſignis patriam petens obuio Antonii exercitu opprimitur. Quam atrociter dimicatum ſit exitus docuit: Nemo hoſtium in bello ſuperfuit: quem quis in pugnando ceperat locum cum amiſſa anima corpore tegebat. Catilina longe a ſuis inter hoſtium cadauera repertus eſt| pulcherrima morte ſi ꝑ patria

ſic concidiſſet.

Bellum ciuile Ceſaris et Pompey.

i

Am pene toto orbe pacato maius erat imperiuz| q̃
ut ullus externis uiribus opprimi poſſet: Itaq; inui
dens fortuna principi gentium populo ipſum illuz
in exitium ſuum armauit. Ac Mariana quidem: Sillanaq;
rabies intra urbem ſe precluſerat| quaſi experiretur: Sillana
tempeſtas latius intra Italiam tamen detonuerat Ceſaris
furor atq; Pompey urbem| Italiam| gentes| nationes| totū de
niq; q̃ patebat iperiū q̊daz q̃ſi diluuio et inflāmatione corri
puit. Adeo ut non recte tantum ciuile dicatur: nec ſociale
quidem: ſed nec externum: ſed potius cōmune quoddam ex
omnibus: et pluſq̃ ciuile bellum. Quippe ſi duces eius inſpi
cias: totus Senatus in partibus: ſi exercitus| hinc undecim
legiones: inde decem et octo: flos omnis et robur Italici ſan
guinis: ſi auxilia ſocioruz| hinc Gallici: Germaniciq; delect⁹
inde Deiotarus| Ariobar| Zanes| Tarchon dimotus omnis
Thracie: Capadocieq;| Cilice| Macedonie| Grecie| Italie: to
tiuſq; robur orientis: ſi moram belli quatuor anni: et ꝓ cla
de rerum breue tempus: ſed locum et ſpacium ubi cōmiſſuz
eſt intra Italiam: inde ſe in Galliam: Hiſpaniamq; deflexit
reuerſumq; ab occaſu totis uiribus in Epyrro: Theſſaliaq;
conſedit hinc in egiptū ſubito tranſiluit. inde reſpexit Aſi
am: Africe incubuit: poſtremo in Hiſpaniā regnauit: et ibi
aliquando defecit: ſed non odia partium cuz bello finita: nō
enim prius quieuerunt| q̃ in urbe ipſa medio Senatu| eorum
qui uicti erant odia uictoris ſe cede ſaciarent. Cauſa tante
calamitatis| eademq; omnium nimia felicitas. Siquidem. Q.
Metello. L. Affranio Conſulibus cum Romana maieſtas to
to orbe polleret: recēteſq; uictorias Ponticos et Armenios
triūphos in Pompeianis theatris Roma cantaret: nimia Pō
pey potentia apud ocioſos ut ſolet cuies mouit inuidiā. Me
tellus ob minutum Crete triūphum. Cato aduerſus potētes
ſemper obliquus detrectare Pompeium actiſq; obſtrepere

hinc dolor tranſuerſum egit:et ad preſidia dignitati paranda impulit. forte tunc Craſſus genere:diuitiis| dignitate florebat:uellet tamen altiores opes. Caius Ceſar eloquētia et ſpiritu etiam conſulatu alleuabatur:Pompeius tamen ſēper utrumq̧ eminebat. Sic igitur Ceſare dignitatez comparare| Craſſo augere| Pompeio retinere cupientibus:oībuſq̧ pariter potentie cupidis de inuadenda re.p.facile conuenit Ergo cum mutuis uiribus in ſuum quiſq̧ decus niteretur: Galliam Ceſar inuadit:Craſſus Aſiam:Pompeius Hiſpaniam.tres maximos exercitus:et iam ſic orbis imperium ſocietate trium principum occupabatur:decez annis traxit iſta dominatio:exinde quoniaz mutuo metu tenebantur. Craſſi morte apud parthos et morte Iulie Ceſaris filie que nupta Pompeio generi ſoceriq̧ concordiam matrimonii federe tenebat.ſtatim emulatio erupit:iam Pompeio ſuſpecte Ceſaris opes et Ceſari pompeiana dignitas grauis.nec hic ferebat parem nec ille ſuperiorem:nefas:ſic de principatu laborant tanquam duos tanti imperii fortuna nō caperet. Ergo Lentulo Marcelloq̧ conſulibus rupta prima coniurationis fide de ſucceſſore Ceſaris Senatus id eſt pōpeius agitabat nec ille abnuebat niſi ratio ſui proximis comiciis haberetur conſulatus abſenti quem decez tribus fauente pompeio nup decreuerant.tum diſſimulante eodem negabatur:ueniret et peteret maiorum more.Ille contra flagitare decreta:ac niſi in fide permanerent non ſe remittere exercitum.ergo ut in hoſtem decernitur.hiis Ceſar agitatus ſtatuit premia armorum armis defendere. prima ciuilis belli arena Italia fuit: cuius arces leuibus preſidiis Pompeius inſederat:ſed omnia ſubito Ceſaris impetu oppreſſa ſunt. prima Arimino ſigna cecinerunt. Tum pulſus Etruria Libo| Vmbria| Thermus: Domicius| Corfinio:et peractum erat ſine ſanguine bellum ſi Pompeium Brunduſii opprimere potuiſſet:et ceperat:ſed per obſeſſi clauſtra portus nocturna fuga euaſit| turpe dictu modo princeps patrum| pacis:belliq̧ moderator per triumphatum a ſe mare lacera| et pene inermi naue fugiebat: nec pompeius ab Italia q̄ Senatus ab urbe fugatur prior:quam

pene uacuam metu Ceſar ingreſſus conſulē ſe ipſe facit: Era rium quoqꝫ ſanctum quod quia tardius aperiebant Tribuni iuſſit effringi: cenſumqꝫ et patrimonium populi Romani an te rapuit q̄ imperium pulſo|fugatoqꝫ pompeio|maluit prius ordinare prouincias q̄ ipſum ſequi. Siciliam|Sardiniā Amo ne pignora per legatos habet: nichil hoſtile erat in Gallia: pacem ipſe fecerat: ſed ad Hiſpanienſes pompey exercitus tranſeunti per eam duci portas claudere auſa Maſſilia eſt: miſera dum caput pacem belli metu in bellum incidit: ſed quia tutis muris erat uinci eam ſibi iuſſit abſenti: grecula ciuitas non pro mollicia nominis et uallum rumpere et in- cendere machinas auſa|et cōgredi nauibus. Sed Brutus cui mandatum erat belluꝫ uictos terra mariqꝫ perdomuit. mox dedentibus ſe ſe omnia ablata preterq̄ potiorem omnibus habebant libertatem. Anceps uariumqꝫ: et incertum in Hiſ pania bellum cum legatis Gnei Pompey Petreio: et Affra- nio: quos Hilerde caſtra habentes apud Sycorim amnē ob- ſidere et ab opido intercludere aggreditur. Interim inunda tio uerni fluminis commeatibus prohibet: ſic fame caſtra temptata ſunt ipſe quoqꝫ obſeſſor quaſi obſidebatur: ſed ubi pax fluminis redit|populationibus|et pugna campos aperu it. Iterum ferox inſtat et cedentes ad celtiberiam conſecutꝰ aggere| et uallo| et per hec ſiti ad deditionem compulit: ſic citerior Hiſpania recepta eſt: nec ulterior mora moram fe- cit. Quid eniꝫ una poſt quinqꝫ legiones: Itaqꝫ ultra cedente uaro| Gades| Fretum: Oceanus omnia felicitatem Ceſaris ſequebantur: aliquid tamen aduerſus abſentem ducem auſa fortuna eſt circa Illiricum et Africaꝫ: quaſi de induſtria ꝓ ſpera eius aduerſis radiarentur. Quippe cum fauces Adria tici maris iuſſi occupare Dolobella: et Antonius|ille Illiri- co: hic Corcyriaco caſtra littore poſuiſſent. Iam maria late tenente Pompeio repente legatus eius Octauius Libo ingē tibus copiis claſſicorun circūuenit utrumqꝫ deditionem fa- mes extorſit Antonio: miſſeqꝫ ab Aſilio in auxiliuꝫ eius ra tes quales inopia nauium fecerat noua Pompeianorum arte Cylicum actis ſub mari finibus capte quaſi per indaginem

duas tamē eſtus explicuit:unaqueque opiterginos ferebat in uadis heſit:memorandumq₃ poſteris exitum dedit. Quippe uix mille iuuenū manus circūfuſi undiq₃ exercitus ꝑ diē totu₃ tela ſuſtinuit:et cum exitu₃ uirtutis non haberet:tñ ne in deditionem ueniret hortante Tribuno Vulteio mutuis ictibus in ſe concurrit:in Africa quoq₃ par uirtus et calamitas Curionis fuit:qui ad recipiendam prouinciam miſſ⁹ pulſo:fugatoq₃ Varo iam ſuperbus ſubitum Iube regis aduentum:equitatumq₃ maurorum ſuſtinere non potuit|patebat uicto fuga:ſed pudor ſuaſit| ut amiſſum ſua temeritate exercitum morte ſequeretur: ſed iam debitum par fortuna flagitante ſedem bello Pompeius Epyrum elegerat:nec Ceſar morabatur. Quippe ordinatis a tergo omnibus|quamuis hiems media prohiberet tempeſtate ad bellum nauigauit: poſitiſq₃ ad doricum caſtris cum pars exercitus ob inopiam nauium cum Antonio relicta Brunduſii mora₃ faceret: adeo impatiēs erat:ut ad exercendos eos ardente uentis mari nocte concubia ſpeculatorio nauigio ſolus ire temptauerit: Extat ad trepidum tanto diſcrimine gubernatorem Amiclatem uox ipſius :quid times: Ceſarem uehis contractis in unum undiq₃ omnibus copiis: poſitiſq₃ cominus caſtris diuerſa erant ducum conſilia. Ceſar pro natura ferox:et conficiende rei cupidus|oſtentare aciem|prouocare|laceſſere nūc obſidione caſtrorum:que ſexdecim milliu₃ uallo obduxerat Sed quid diis obeſſet obſidio:qui patente mari omnibus copiis habundaret:nunc expugnatione Dirachii irrita: quippe quam uel ſitus inexpugnabilem faceret: ad hoc aſſiduis in eruptionem hoſtium preliis:quo tēpore egregia uirtus ſceue centurionis emicuit: cuius in ſcuto centum atq₃ uiginti tela ſederunt:Iam uero urbium direptione ſociaru₃:cū Orium|Gonfos|et alia caſtella Theſſalie uaſtaret. Pompeius aduerſus hec nectere moras tergiuerſari ſimul ut hoſte₃ intercluſum undiq₃ inopia commeatuū terreret: utq₃ ardētiſſimi ducis conſeneſceret impetus:nec diutius profuit duci ſalutare conſilium. miles ocium ſocii moram| principes ambitu₃ ducis increpabant ſic precipitantibus fatis prelio ſumpta

Theſſalia eſt: et philippicis cāpis urbis imperii generis hu mani fata comm ſſa ſunt. Nunquam ullo loco tantum uiruꝫ populi Romani tantum dignitatis fortuna uidit. Trecenta amplius milia hinc uel illinc preter auxilia reguꝫ: et Senat⁹ nunquam iminentis ruine manifeſtiora prodigia: fuga uicti marum: examina inſignis interdiu tenebre. dux ipſe: et noc turna imagine Theatri ſui audiens plauſum in moduꝫ plāc tus circumſonat: et mane cuꝫ pullo nefas apud principia cō ſpectus eſt. Nunq̄ acrior neq; alacrior exercitus Ceſaris fuit: inde claſſica prius| inde tela: annotatum q̄q; cōmittētis aciem Craſtim pilum: qui mox adactos in os gladio| ſic īter cadauera repertus| libidinem ac rabieꝫ qua pugnauerat ipſa nouitate uulneris preferebat: ſed nec minus admirabilior il lius exitus belli. Quippe cum Pompeius adeo equituꝫ copia habundaret: nam cum di i equo marte contenderent: iuſſuq; Pompei fuſus a cornu erupiſſet equitatus: repente hinc ſig no dato Germanorum cohortes tantum in effuſos equites fecere impetum: ut illi eſſe pedites| hii uenire in equis uide rentur hanc ſtragem fugientis equitatus leuis armature ru ina comitata eſt. tunc terrore latius dato| turbatis inuicem copiis| reliqua ſtrages quaſi una manu facta eſt| nec ulla res magis exitio fuit q̄ ipſa exercitus magnitudo. multus ī eo p̄ lio fuit Ceſar: mediiſq; inter imperatorem et militem: uoces quoq; ob equitantis excepte: altera cruenta ſed docta: et ad uictoriam efficax| miles faciem feri: altera ad iactationem compoſita| parce ciuibus: cum ipſe ſequeretur: felicē utcūq; in malis Pompeium| ſi eadem ipſum que exercitum fortuna traxiſſet. Superſtes dignitatis ſue uixit: ut cum maiore de- decore per Theſſalica tempe equo fugeret: ut una nauicula leſbon applicaret. pulſus ſine dis in deſerto Cilicie ſcopulo fugam in Parthos| Africam uel Egyptuꝫ agitaret: ut deniq; in Peluſio littore imperio uiliſſimi regis conſilio Spadonuꝫ et ne quid malis deſit Septimii deſertoris ſui gladio truci- datus| ſub oculis uxoris ſue liberorumq; moreretur. Qui nō peractum eſſe crederet cuꝫ Pompeio bellum: at quin acrius multo: atq; uehemēti⁹ Theſſalici īcendii cineres recaluerūt

et in egipto quidem aduerſus ceſarem ſine partibus bellum quippe cum Ptolomeꝰ rex Alexandrie / ſummuꝫ ciuilis belli ſcelus peregiſſet: et fedus amicicie cum ceſare medio pom- peii capite ſanxiſſet / ultionem tanti uiri manibus querente fortuna / cauſa non defuit. Cleopatra regis ſoror aſſuſa ceſaris genibus partem regni repoſcebat / Aderat puelle forma / que duplicaretur ex illo / quod talis paſſa uidebatur iniuriam / odiũ ipſius regis / qui pompei cedem partium fato non ceſari de- derat haud dubiũ idem in ipſum auſurus / ſi expediſſet. Quã ubi ceſar reſtitui iuſſit in regnum: ſtatim ab eiſdem percuſ ſoribus pompei obſeſſus in regia / q̃uis exigua manu ingentiſ exercitus molem mira uirtute ſuſtinuit. Ac primum proxi morum edificiorum atq; naualium incendio infeſtorum ho ſtium tela ſummouit. Mox in peninſulaꝫ pharon ſubitꝰ eua ſit. Inde pulſus in maria mira felicitate ad proximã claſſem enatauit. relicto quidem in fluctibus paludamento / ſeu fato ſeu conſilio / ut illud ingruentibus hoſtium telis / ſaxiſq; pe- teretur. tuꝫ receptus claſſicis ſuis undiq; ſimul hoſtes ad or tus debellata pfidã gente / iuſta generi manibus dedit. Quip pe et theodorꝰ magiſter / auctorq; totiꝰ libelli / ruenilia qui dem portenta fotinꝰ atq; Gamyniedes diuerſa per mare et terra fuga / et morte conſumpti regis ipſius corpus obrutuꝫ limo repertum eſt in auree lorice honore. In aſia quoq; no- uus rerum motus a ponto plane / quaſi de induſtria captãte fortuna. hunc mitridatico regno exutũ ut a pompeio pater a ceſare filius uinceretur Rex farnaces magis diſcordie no ſtre fiducia q̃ uirtutis ſue in feſto in Cappadociam agmine tendebat. Sed hũc ceſar aggreſſus / uno / et ut ſic dixerim nõ toto prelio obtriuit more fulminis quãdo uno eodemq; mo mẽto uenit / percuſſit / abſceſſit. nec uana de ſe predicatio eſt ceſaris / ante hoſtem uictum eſſe q̃ uiſuꝫ. ſic cum exteris. At in africa cum ciuibus multo atrotius q̃ in pharſalia. huc reli quias partium naufragarum quidaꝫ furoris eſtus expulerat nec reliquias diceres / ſed integrũ bellum: ſparſe magis / q̃ op preſſe uireſ erant: auxerat ſacramentuꝫ ipſa clades Impatorꝫ nec degenerabat ducũ ſucceſſio: quippe ſatis ample ſonabãt

ſn pompeſani nominis locum Cato et Scipio acceſſit copiis Mauritanie rex Iuba uidelicet ut latius uinceret Ceſar: nihil ergo inter pharſaliam et tapſuz|niſi ꝙ amplior: eoq; acrior ceſarianorum impetus fuit indignantium poſt pompeiuz creuiſſe bellum· deniq; ꝙ alias nunq̄ ante imperiuz ducis ſua ſponte ſigna cecinerunt: Strages a Iuba cepit: eius elefanti bellorum rudes|et nuper a ſilua conſternati ſubito clangore Statim exercitus in fugam|et duces fortius|q̄ ut effugerent non in conſpicua tamen morte omnium: Iam Scipio naue fugiebat: ſed aſſecutis eum hoſtibus gladium per uiſcera exegit et ubi eſſet|requirente quodam|reſpondit|hoc ipſum bene ſe habet Imperator· Iuba cum ſe recepiſſet in regiaz magnifice epulatus cum petreio fuge comite|ſuperq; menſas et pocula|interficiendum ſe ei prebuit ille et regi ſatiſfecit|et ſibi: cum interim ſemeſi in medio cibi|et parentalia fercula regio ſimul romanoq; ſanguine mandebant: Cato non interfuit bello|poſitis apud Bagradam caſtris|uticani uelut altera africe clauſtra ſeruabat· Sed accepta partium clade|nihil cunctatus|ut ſapiente dignum erat|mortem etiam letus acciuit: Nam poſtquam filium comiteſq; ab amplexu dimiſit|in nocte lecto ad lucernam platonis libro qui immortalitatem anime docet paulum quieuit|tum primaz circa uigiliā ſtricto gladio reuelatum manu pectus ſemel iterumq; percuſſit· auſi poſt hoc uirum medici tēptare fomentis: Ille paſſus|dum abſcederent|reſcidit plagas: ſecutaq; uis ſanguinis|moribundas manus in ipſo uulnere reliquit quaſi non eſſet uſquam dimicatum· ſic arma rurſus et partes: quantoq; africa ſupra Theſſalliam|tanto africam ſuperabat hiſpania plurimum: quantum fauoris partibus dabat fraternitas ducum et pro uno duos ſtare pompeios· Itaq; nuſquaz atrocius nec tam ancipiti marte ꝯcurſum eſt: p̀muz in ipſo hoſtio oceani Varus|Didiuſq; legati conflixerunt: ſed acrius fuit cū ipſo mari|q̄ inter ſe nauibus bellum: Siquidem uelut furorem ciuium caſtigaret oceanus: utranq; claſſem naufragio cecidit· Qui naz ille horror|cum eodem tempore fluctus|procelle|uiri|naues|armamenta ꝯfligerēt: adde ſitus ipſius formidīez

uergentia in unum| hinc hiſpanie| inde mauritanie littora|
mare et inteſtinum|et externum·imminenteſq herculis ſpe
culas·Cum omnia undiq ſimul prelio et tempeſtate ſeuirēt
Mox circa obſidiones urbium utriuſq diſcurſum eſt ·Que
miſere inter hos atq illos duces ſocietatis romane penas da
bant omnium poſtremo certaminum Munda: hic uero pro
cetera felicitate·ſʒ anceps diu·et triſte prelium: ut plane ui
deretur neſcio qd deliberare fortuna·Sane et ipſe ante aciē
meſtior non ex more Ceſar·ſine reſpectu fragilitatis huma
ne:ſiue nimiam proſperorū ſuſpectam habens continuatio-
nem:uel eadem timens·poſtq̄ idem eſſe ceperat·quod pom-
peius:ſed in ipſo prelio quod nemo nunquam meminerat:
cum diu marte pari acies·nihil aliud q̄ ceciderant in medio
ardore pugnantiū ſubito mergens inter utroſq pugnantiuʒ
quaſi conueniſſet·et hic omnium ſenſus erat·Nouiſſime il-
lud inuſitatum ceſaris oculis nefas·poſt quatuordecim ānos
probata ueteranoꝝ manus retrogradum dedit·Q̄ ſi nondū
fugerat·apparebat tamen pudorem magis q̄ uirtutem reſiſte
re·Itaq ablegato equo ſimilis furenti·primam aciem ꝑcur-
rit·Ibi prenſare fugientes confirmare·per totuʒ deniq ocu
lis|manibus|clamore uolitare dicitur in illa perturbatione|
et de extremis cogitaſſe ſecum|et ita manifeſto uultu fuiſ
ſe|quaſi occupare mortem manu uellet: niſi q cohortes ho
ſtium quinq per tranſuerſam aciem acte:quas labienus pe
riclitantibus caſtris ſubſidio miſerat|ſpeciem fuge prebuiſ
ſent:hoc autem ipſe crecidit: aut dux callidus attribuit in
occaſionem:et quaſi fugienti inuectus ſimilis|et ſuoꝝ erex
it animos·et hoſtes perculit ·Nam hii dum ſe putant uin-
cere fortius ſequi:hinc pompeiani duʒ fugere credunt ſuos
fugere ceperunt·Quanta fuerit hoſtiū clades· ira rabieſq
uictoribus·ſic eſtimari poteſt:hoc a prelio profugi cum ſe
munda recepiſſent et ceſar obſideri ſtatim uictos imperaſ
ſet·ex coniectis cadaueribus ager effectus eſt:que pilis ia-
culiſque confixa inter ſe tenebantur: fedum etiam inter
barbaros: ſed uidelicet uictoriam deſperantibus Pompei

liberis·Gneuꝫ prelio profugū crure ſanctio|deſerta et ania
petentem Ceſonius apud lauronem oppidū conſecutus|pug
nantem|adeo nondum deſperabat|interfecit ·Sextum for-
tuna in celtiberiam interim abſcondit:aliiſq; poſt ceſarem
bellis reſeruauit·Ceſar in patriam uictor inuehitur:primū
de gallia triunphum tranſmiſerat Henus| et Hodanus| et
ex auro captiuus oceānus:alterum laurus egiptia: tunc et
fertilis Nilus|Arſmoe|et ad ſimulacrum ignium ardens
pharus·tercius de pharnace curſus|et ponto·Quartus Iubā
et mauros|et hic ſubactam bis oſtendebat hiſpaniam|phar
ſalia et tharſus|et munda nuſquam:quanto maiora erant|
de quibꝰ non triumphabat:pax incruenta·penſatumq; cle-
mentia bellum·Nemo ceſus imperio preter affranium:ſatiſ
ignouerat ſemel:et fauſtum Sillam didicerat generuꝫ time
re|filiamq; pompei cum patruelibus ex illa· hic poſteriꝰ ca
uebatur·Itaq; non ingratis ciuibus·omnes unum in princi-
pem congeſti honores·circa templa·imagines in theatro·di
ſtincta radiis corona·ſuggeſtus in curia· faſtigiuꝫ in domo
menſis in celo:ad hoc pater ipſe patrie·perpetuuſq; dicta-
tor·Nouiſſime dubium·an ipſo uolente: oblata pro roſtris
ab Antonino conſule regni inſignia:que omnia uelut inſule
indeſtinatam morti uictimā congerebantur·quippe clemen
tia principis uicit inuidiam:grauiſq; erat liberis ipſa bene-
ficiorum potentia:Nec diutius dilatio donata eſt:Sed bru
tus et caſſius aliiſq; patres conſenſere in cedem principis·
Quanta uis fatis·manauerat late coniuratio·libellus etiam
ceſari datus eodem die nec litare centum uictimis potue-
rat·uenit in curiā tum expeditionem parthicam meditans·
Ibi in currilibus ſedentem eum ſenatus inuaſit·tribus et ui
ginti uulneribus ad terram datus eſt: ſic ille qui terrarum
orbem ciuili ſanguine impleuerat·ſuo curiam impleuit ⁊c·

Bellum Antonii et Octauii

p Opulus romanus ceſare·et pompeio trucidatis·re
diſſe in ſtatum priſtine libertatis uidebatur :et re-
dierat :niſi aut põpeius liberos :aut ceſar heredem
reliquiſſet :uel quod utroq; pernicioſius fuit | ſi non collega
quondam | mox emulus ceſaria | ne potentie fax et turbo ſe-
quentis ſeculi ſuperfuiſſet Antonius· Quippe dum ſextuſ
paterna repetit | trepidatum toto mari dum octauius mor-
tem patris ulciſcitur iterum fuit mouenda theſſalia :dũ An
tonius uarius ingenio aut ſucceſſorem ceſaris indignat̃ Oc
tauium·aut amore cleopatre deſciſit in regem : nam aliter
ſaluus eſſe non potuit niſi confugiſſet ad ſeruitutem·Gratu
landum tamen intanta perturbatione eſt q̄ potiſſimum ad
Octauium ceſarem auguſtum ſumma rerum rediit :qui ſa-
pientia ſua·atq; ſolertia percurſum undiq; ac perturbatum
ordinauit imperii corpus· Quod ita haud dubie non coire
et conſentire potuiſſꝫ·niſi unius preſidis nutu·quaſi anima
et mente regeretur·Marco antonio·p· dolabella conſulibus
Imperium romanum iam ad ceſarem tranſferente fortu-
an uarius et multiplex ciuitatis motus fuit· Quodque in
annua celi conuerſione fieri ſolet :ut mota ſidera tonent
ac ſuos flexus tempeſtate ſignificent :ſic in romane domĩa
tionis ideſt humani generis conuerſione penitus intremuit
omniq; genere diſcriminum | ciuilibus tereſtribus | ac nauali
bus bellis omne imperii corpus agitatum eſt | Prima ciuiliũ
motuum cauſa | teſtamentum ceſaris fuit cuius ſecundꝰ he-
res· Antonius prelatum ſibi octauium furens in expiabile
contra adoptionem acerrimi· Iuuenis ſuſceperat bellum cũ
intra·xviii·annos tenerum | et obnoxium | et oportunum in
iurie iuuenem uiderꝫ :ſe plene ex commulitio ceſaris digni
tatis·lacerare furiis hereditatem· ipſum inſectari probris·
et cunctis artibus :cum adoptionem Iulie gentis inhibere
non deſineret·deniq; ad opprimendum iuuenem arma palaꝫ
moliri | et iam parato exercitu in Ciſalpina Gallia reſiſten-
tem motibus ſuis Decium brutum obſidebat :Octauius Ce
ſar etate | et iniuria fauorabilis et nominis maieſtate | quod

ſibi induerat reuocatis ad arma ueteranis priuat9 quis cre
deret conſulem aggreditur: obſidione mutine liberat brutũ
Antonium exuit caſtris. Tum quidem etiam manu pulcer
apparuit. Nam cruentus et ſautius aquilam aut moriente
ſignifero traditam ſuis humeris in caſtra referebat.

Alterum bellum Antonii et Octauii.

a Lterum bellum concitauit agrorum diuiſio: quos
Ceſar ueteranis in caſtris precium militie perſol-
uebat. Semper alias Antonii peſſimum ingenium
fuluia gladio cincta uirilꝭ militie uxor agitabat ergo depul
ſos agris colonos incitando iterum in arma ierat. hic nõ iaꝫ
non ꝓuatus| ſed totius ſenatus ſuffragiis iudicatuꝫ hoſtem
Ceſar aggreſſus eſt: intra peruſie muros redegit. cõpulitqꝫ
ad extrema deditionis turpi et nihil non experta fame.

Triumuiratus Ceſaris Antonii et lepidi.

c Um ſolus etiam grauis paci| grauis reipublice eſſꝫ
Antonius| quaſi ignis incendio lepid9 acceſſit| qđ
contra duos exercitus neceſſe fuit uenire incruẽ
tiſſimi uiri federis ſocietatem diuerſa omnium uota incen
dia: lepidum diuiciarum cupidum quarum ſpes ex pertur-
batione rei. P. Antonium ultionis de eis| qui ſe hoſtem iu
dicaſſent. Ceſarem inultus pater manib9 eius graues caſſi9
et Brutus agitabant. In hoc uelut fedus pax inter tres du-
ces componitur| apud confluentes inter peruſiam et Bono-
niam iungunt manus: et exercitus conſalutant: nullo bono
more triumuiratus inuaditur oppreſſaqꝫ re pu. armis. redit
Syllana proſcriptio: cuius atrocitas nihil in ſe minus habet
q̃ numerum. Centumquadraginta ſenatorũ exitus fedi tru
ces| miſerabiles| toto terrarum orbe fugientium: pro q̄bus
quis pro dignitate rei ingemiſcat: cum Antonius Lucium
ceſarem auunculum ſuum: lepidus Lucium paulũ fratrem

ſuum proſcripſerunt·Rome capita ceſoruꝫ proponere in ro
ſtris iam uſitatum erat·uerum ſic quoqꝫ ciuitas lachrymas
tenere non potuit|cum reciſum Ciceronis caput in illis ſuiſ
roſtris uideretur:nec aliter ad uidendum eum|q̃ ſolebat ad
audiendum concurreretur·hec ſcelera in Antonii lepidiqꝫ
tabulis·Ceſar percurſoribus patris contentus fuit hiis quo
qꝫ niſi multa finiſſet iuſta cedes haberetur.

Bellum Octauii Ceſaris cum Bruto et Caſſio.

Rutus et Caſſius ſic Caium ceſarem|quaſi tranq
b nium regem depuliſſe regno uidebantur:ſed liber
tatem q̃ maxime reſtitutã uoluerunt|illo ipſo par
ricidio perdiderunt Igitur cede perfecta:cuꝫ ueteranis Ce
ſaris|nec immerito timerent ſtatim curiam in capitolium
confecerant: nec illis ad ultionem deerat animus:ſed du-
cem non habebant·Igitur cum appareret|que ſtrages reipu
blice immineret|diſplicuit ultio conſulis abolitione decre-
ta·Ne tamẽ publici doloris oculos ferret in prouincias ab
illo ipſo quem occiderant ceſare datas Syriam et Macedo-
niam conceſſerant:ſic uindicta ceſar dilata potius q̃ oppreſ
ſa eſt:Igitur ordinata magis ut poterat·q̃ ut debebat ĩ triũ
uiros re publica·relicto ad urbis preſidium Lepido· Ceſar
cum Antonio in caſſium Brutumqꝫ ſuccingitur· Illi compa
ratis ingentibus copiis eandẽ illam·que fatalis Gneo Pom
peio fuit·arenam incederant:ſed nec tũ imminentia cladis
deſtinate·ſigna latuerunt Nam et aſſuete cadauerum pabu
lo uolucres caſtra quaſi iam ſua circumuolabant|et in aciẽ
prodeuntibus obuius Ethyops nimis aperte ferale ſignum
fuit|Ipſiqꝫ bruto per noctem cum illato lumine ex mora ali
qua ſecum agitaret |quedam atra imago ſe obtulit:et que
eſſet interrogata:tuus inqt malus genius: hoc dixit:et ſub
oculis mirantis euanuit:pari in meliora preſagio in ceſaris
caſtris omnia aues uictimeqꝫ promiſerant ſed nihil hoc pre
ſentius |q̃ ceſaris medicus ſomno admonitus eſt ut ceſar

caſtris excederet quibus capi imminebat ut factũ eſt. Acie
nanqꝫ commiſſa cum pari ardore aliquamdiu dimicatum fo
ret: quamuis duces non eſſent preſentes: cum alterum cor-
poris ergitudo: alterum metus et ignauia ſubduxiſſent: ſta
ret tamen pro partibus inuicta fortuna et ultoris| et q̱ uin-
dicabantur| primum adeo anceps fuit| et par utrimqꝫ diſcri
men| ut exitus prelii docuit| Capta ſunt hinc ceſaris caſtra
inde caſſii. Sed quanto efficatior eſt fortũa q̃ uirtus: et quã
uerum eſt ꝙ moriens efflauit| non re ſed in uerbo tantum
eſſe uirtutem uictoriam illi prelio error dedit. Caſſius incli
nato cornu ſuorum cũ captis ceſaris caſtris rapido impetu
recipientes ſe equites uideret| fugere arbitratus| euadit in
tumulum: inde puluere ſtrepitu| et iaꝫ nocte uicina eximen
tibus rei geſte ſenſum: tum Speculator quoqꝫ in id miſſus
tardius renunciaret| tranſactũ de partibꝰ ratus uni de ꝓxi
mis auferendum prebuit caput. Brutus cum in caſſio etiam
ſuum animum perdidiſſet: ne quid ex conſtituta fide reſig
naret: Itaqꝫ enim ſupereſſe bello conuenerat: ipſe quoqꝫ uni
comitum confodiendum prebuit latus Quis ſapientiſſimos
uiros non miretur ad ultimum non ſuis manibus uſtos: niſi
hoc quoqꝫ ex perſuaſione defuit ne uiolarent manus: ſed ab
olitione ſanctiſſimaruꝫ| piiſſimarumqꝫ animaruꝫ iudicio ſuo
ſcelere alieno uterentur.

Bellum Ceſaris cum Gneo Pompeio Pompey filio.

ſ Ublatis percuſſoribus ceſaris ſuperat Pompei do
mus alter Iuuenuꝫ in Hiſpania occiderat: alter fu
ga euaſerat cõtractiſqꝫ in felicis belli reliquiis| cũ
inſuper ergaſtula armaſſet Siciliam| Sardiniamqꝫ habebat:
Iam et claſſe medium mare inſederat: O q̃ diuerſus a patre
Ille cilycas extinxerat: hic cum pyratas nauales agitaret tã
ta mole belli penitus in ſeculo freto Iuuenis oppreſſus eſt
magniqꝫ famam ducis ad inferos ſecuꝫ tuliſſet ſi nihil temp
taſſet ulterius niſi ꝙ magne indolis eſt ſignuꝫ ſperare ſemp

perditis enim rebus profugit: aſiamq; uelis petit uenturus
ibi in manus hoſtiũ | & cathenas: & quod miſerrimum for-
tibus uiris | ad hoſtiũ arbitriũ ſub percuſſoribus moriturus
non alias poſt xerſen miſerabilior fuga. qppe modo trecenta
rum qnquaginta nauium dñs cum ſex ſeptemue fugiebat |
extincto pretorio lumine | anulis in mare abiectis | pauens
atq; reſpectans: & tamen non timens ne periret.

Bellum uentidii contra parthos.

q

Vamuis in Caſſio & bruto partes ſubſtuliſſet ĩ põ
peyo totum partium nomen aboleuiſſet: nondum
tamen ad pacis ſtabilitatẽ profecerat Ceſar. cũ ſco
pulus & nodus. & mora publice ſecuritatis ſupereſſet Anto
nius: nec ille uiciis defuit quin periret. ymmo omnia exper
tus ambitu & luxuria primũ hoſtes. deinde ciues: tandem
etiaʒ terre ſeculũ liberauit. parthi clade craſſiana altius ani
mos erexerant ciuileſq; diſcordias populi romani leti acce
perant. Itaq; ut prima affulſit occaſio non dubitauerũt erũ
pere ultro quidem. inuitante Labieno. qui miſſus a Bruto.
Caſſioq; quis furor ſcelerum ſolicitauerat hoſtes in auxiliũ
& illi pacoro duce regio Iuuene diſputant: Antoniana pre
ſidia Saxa legatus ne ueniret poteſtatem a gladio ſuo impe
trauit Deinde ablata Syria emanabat latius malũ: hoſtibus
ſub ſpetie auxilii ſibi uicẽtibꝰ niſi uẽtidiꝰ & hic legatus An
tonii incredibili felicitate & labieni copias. ipmq; pacorum
& omeʒ parthicum equitatũ inter orontem & eufratẽ ſimu
late cecidiſſet. Viginti amplius miliũ fuit. nec ſine conſilio
ducis qui ſimulato metu adeo paſſus hoſtem caſtris ſucce-
dere donec abſumpto iactus ſpatio adimeret uſuʒ ſagittaꝝ
rex fortiſſime dimicans cecidit: mox circũlato eius per ur
bes que deſciuerant. Capite Syria ſine bello recepta ſic craſ
ſianam cladem pacori cede penſauimus.

Bellum Antonii cũ parthis.

e Xpertis inuicem partis atq romanis|cuz Craſſus·
& pacor⁹ utrinq uiriũ mutuaꝝ documẽta feciſſet
pari rurſus reuerẽtia integra amicitia| & quidem
ab ipſo Antonio fedus cum rege percuſſum. Sed immenſa
uanitas hominis dum titulorum cupidine Araxez & eufra
tem ſub ymaginibus ſuis legi concupiſcit: nec cauſa|nec cõ
ſilio ac nec ymaginaria quidem belli conditione: quaſi hoc
quoq ex arce ducis preriperet·relicta repente Syria in par
tos impetum facit gens preter armoꝝ fidutiam callida |ſi-
mulat trepidationem| & in campos fugam·hic ſtatim quaſi
uictor ſequebatur cum ſubito nec magna manus ex impro
uiſo & iam feſſos uia ſub ueſpere uelut nimbus erupit &
miſſis undiq ſagittis duas legiones operuerũt:nichil ac-
ciderat in comparationem cladis| que in poſterũ diem immi
nebat:niſi iteruenisſet diei miſeratio Vnus ex clade craſſia
na parthico habitu caſtris adequitat:Et ſalute Latine data
cum fidem ipſa feciſſet quid imineret edocuit:iaz affuturũ
cum omnibus copiis regez q̃rent retro peterentq montes:
ſic quoq hoſtem fortaſſe non defore|atq ita facta eſt mi-
nor uis hoſtiuz q̃ imminebat: affuit tamẽ:deleteq relique
copie forent| niſi urgentibus telis in modum grandinis qua
dam forte docti procubuiſſent in genua milites:& elatis ſu
per capita ſcutis| ceſorum ſpetiem prebuiſſent:tũ parthus
arcus inhibuit:deinde rurſus cuz ſe romãi extuliſſent adeo
res miraculo fuit|ut unus ex barbaris miſerit uocem ite &
bene ualete romani·merito uos uictores fama gentium lo-
quitur qui parthoꝝ tela fertis non minor ex aqua poſtea q̃
ab hoſtib⁹ excepta clades·Infeſta ꝑmo ſiti regio eſt qbuſdã
ſalmacidis:fluuius ĩueſtior nouiſſime q iã ab ĩualidis auide
hauriebatᷓ cũ noxie etiã dulcis fieret mox & ardores p ar
meniã & niues p Capadotiã & utriuſq celi mutatio ꝑ pe
ſtilẽtia fuit Sic uix tertia pte de ſedecĩ legiõib⁹ reliquã cũ
argentum eius paſſim dolabris concideretur: & ſubinde in
ter moras mortẽ a gladiatore ſuo efflagitaſſet egregins im
erator tandem profugit in Syriam:ibi incredibili quadam

mētꝗ uecordia uerotior aliq̄nto fact⁹ ē q̄ſi uiciſſʒ q euaſerat

Bellum Ceſaris cū Antonio. & cleopatra.

Vror Antonii quatenus ambitu nō interiret| luxu
f & libidine extinctus eſt. Quippe poſt parthos cuʒ
exoſus arma motio ageret: captus amore Cleopa-
tre| quaſi bene geſtis rebus in regio ſe ſinu reficiebat. hec
mulier egiptia ab ebrio Imperatore precium libidinum ro-
manum imperium petit. ut promiſit Antonius quaſi facili-
or eſſet partho romanus: Igitur dominationem parare non
tacite: ſed patrie nominis| toge faſcium oblitus totus ut mō
ſtrum illud| ut mente ita animo quoq; & uultu deſciuerat
aureum ī manu baculum ad latus accinxit| purpurea ueſtis
ingentibus obſtricta gemmis| diadema aderat| ut Regina
Rex ipſe frueretur. Ad primam nouorum motuum famam
Ceſar a Brunduſio traiecerat| ut uenienti bello occurreret
poſitiſq; in epiro caſtris| Leucadam inſulam montemq; leu
catem & ambracen ſinus cornua infeſta claſſe ſuccinxerat:
nobis trecente amplius naues: ducente non minus hoſtiuʒ|
ſed numerum magnitudo penſabat: quippe a ſenis in noue-
nos remorum ordinibus: ad hec turribus alleuate caſtello-
rum & urbium ſpetie non ſine gemitu maris| & labore uen
torum ferebantur: que quidem ipſa moles exitio fuit| Ceſa
ris naues a triremibus in ſenos non amplius ordines creue
uant. Itaq; habiles in omnia que uſus poſcebat ad impetus
& recurſus| flexuſq; capiendos illas graues| & ad omnia
prepeditas ſingulas plures adorte miſſilibus ſimul cum ro-
ſtris| ad hec ignibus Iactis ad arbitriū diſſipauere: nec ulla
re magꝭ hoſtiliū copiaꝝ apparuit magnitudo| q̄ poſt uictoriā
q̄ppe īmenſa claſſis naufragio belli facto toto mari ferebāt
arabūq; & ſabeoꝝ & mille aliaꝝ Aſie gēciū ſpolia| purpurā
auꝝq; ī ripā aſſidue mota uētis maria remouebāt: p̄ma dux
fuge regina cū aurea puppe|ueloq; purpureo ī altum dedit
mox ſecutus Antonius: ſed inſtare ueſtigiis Ceſar. ita nec

pacta in oceanum fuga|nec munita preſidiis utraq; egypti
cornua parectonium|atq; peluſiū profuere:prope manu te
nebant·prior ferruz occupauit Antonius·Regina ad pedes
Ceſaris prouoluta temptauit oculos ducis fruſtra: naz pul
chritudo intra pudiciciam Ceſaris fuit·nec illa de uita|que
offerebatur|ſed de parte regni laborabat:quod ubi a pncipe
deſperauit:ſeruariq; triumpho ſe uidit|in cautiorem na
cta cuſtodiam|in manſoleum ſe ſepulchra regum ſic uocāt
recipit·ibi maximos ut ſolebat induta cultus in deſerto odo
ribus ſolio|iuxta ſuum ſe collocauit Antonium|admotis ad
uenas ſerpētibus ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt·Hic finis
armoꝝ ciuiliū fuit & reliqua aduerſus exteras gentes:que
de ſtricta circa mala ſua imperio diuerſis oris orbis emica
bat·noua qppe pax:nec dū aſſuete frenis ſeruitutis tumide
gētiū|inflateq; ceruices ab impoſito nup iugo reſiliebant·

Bellum cum Noricis·Illyricis·Pannoniis·
Dalmatis·Meſiis·Tracibus·Dacis·Sarma
tis·& Germanis·Per Ceſarem Auguſtuz·
& eius legatos·

a D ſeptentrionem conuerſa ferme plaga ferocius
agebat|Norici Illrici|Pannonii|Dalmate|Meſy|
Traces|et Daci|Sarmate atq; Germani·Noricis
animos dabant alpes·et niues·quo bellum non poſſet aſcen
dere:ſed omnes illius cardinis populos Brennos·Scenos·at
q; uandalicos per priuignum ſuum Claudium Druſum per
pacauit:que fuerit callidarum gentiū feritas facile uel mu
lieres oſtendere:que deficientib9 telis infantes ipſos afflic
tos humi in ora militum aduerſa miſerūt·Illirici quoq; ſub
alpibus agunt:Imaſq; ualles earum ad quedam quaſi clau
ſtra cuſtodiunt abruptis torrētibus impliciti: in hos expe
ditionem ipſe ſumpſit fieriq; pontes in aquis imperauit:hic
ſe et aquis et hoſte turbantib9| cunctanti ad aſcenſum mi
liti ſcutum de manu rapuit et in uia primus tunc agmine

ſecuto cuꝫ Illiricus cum multitudīe ponteꝫ ſuccidiſſet·Sau
cius manibus et cruribus ſpecioſior ſanguine| et ipſo peri-
culo auguſtior terga hoſtium percecidit Pannonii duobus
ſaltibus|ac tribus fluuiis Drauo·Sauoq̧· iſtroq̧ uallabant
populati proximos inter ripas ſe recipiebant ·In hos domā
dos·M·uibium miſit ceſi ſunt in utriſq̧ fluminibus Arma
uictorum non ex more belli cremata: ſed capta ſunt|et in
profluentes data:ut ceteris qui reſiſtebant·uictoria ſic nū
ciaretur·Dalmate plerumq̧ ſub ſiluis agunt·inde in latro-
cinia promptiſſimi hos Iam quidem Martius urbe incenſa
Delminio| quaſi detruncauerat·poſtea Aſimius pollio gre
gibus| armis agris mulctauerat·hic ſecūdus orator ·Sed au
guſtus perdomandos uibio mandat qui efferum Genus ter
ras fodere cogit| aurūq̧ uenis repurgare ꝙ alioqui gēs om
nium cupidiſſima ſtudioſa diligentia acquirit:ut illud ī uſ9
ſuos ſeruare uideatur Meſy q̃ feri q̃ truces fuerint·q̃ ipſoꝝ
etiam barbari barbarorum horribile dictu eſt unus ducum
ante aciem poſtulato ſilentio:qui non inquit eſtis:reſpon-
ſumq̧ eſt inuicē Romani gentium domini:et illi inquiunt·
ſi nos uiceritis Accepit omnē Martius Craſſus·Illi ſtatim
ante aciem imolato equo concepere uotum:ut ceſoruꝫ eſtis
ducum et litarent et ueſcerentur deos audiſſe crediderim:
nec tubam ſuſtinere potuerunt:non nimium terroris incuſ
ſit barbaris Decius Canidius centurio ſatis barbare effica
cis:tamen apud pares homines ſtoliditatis qui foculum ge
rens ſuper caſſidem·ſuſcitatam motu corporis flammam ue
luti ardenti capite fundebat· Apud hos tracum maxime po
pulus deſciuerat Ille et ſignis militaribus| et diſciplina·ar-
mis etiam romanis affuerat·ſed a piſone perdomiti in ipſa
captiuitate rabiem oſtendere:quippe cum catenas morſib9
temptarent feritatem ſuam ipſi puniebant·Daci montibus
inherēt conſome regis imperio quotiens cōcretus gelu Da
nubi9 iunxerat ripas·diſcurrere ſolebāt:et uicina populari
uiſū eſt ceſari auguſto gentē aditu difficilimā ſubmouē·miſ
ſo igiť lētulo ultra ulteriorē repulit ripā:citᷓ pſidia ꝯſtituit

Sic tunc dacia non uicta | ſubmota | atq; dilata eſt Sarmate
patentibus campis inequitant: et hos per eundem lentulum
prohibere Danubio ſatis fuit nihil preter niues | raraſq; ſil-
uas habent: tanta barbaries eſt | ut pace nõ intelligant Ger
maniam quoq; utinam tanti uincere nõ putaſſet: magis tur
piter amiſſa eſt | q̃ glorioſe acquiſita: ſed quatenus ſciebat ꝑ
tem ſuum ceſarez bis tranſuecto ponte Reno que ſi ſe bel
lum | in illius honorem concupiit facere prouinciaz et factũ
erat | ſi barbari tam uicia noſtra q̃ imperia ferre maluiſſet.
Miſſus in eam prouinciam druſus | primos domuit uſipetas
inde ceteros percurrit | et Cattas. Nam Marchomamioruz
ſpoliis inſignibus quendam editum tumuluz in trophei mo
dũ excoluit Inde ualidiſſimas nationes cheruſcos | Sueuoſq;
et ſi cambros pariter aggreſſus eſt. Qui uiginti centurioni-
bus incrematis hoc uelut ſacramento ſumpſerant: bellum
adeo certa ſpe uictorie | ut predam in anticeſſum pactione
diuiderent. Cheruſci equos Sueui aurum et argentum | Si-
cãbri captiuos elegerant: ſed omnia retorſum. uictor nanq;
druſus equos | torques pecora eorum ipſos quoq; preda di-
uiſit | et uendit preterea in tutelam prouinciarum preſidia
atq; cuſtodias ubiq; diſpoſuit. per Moſam fluuium | ꝑ argũ |
per uiſurgiam | per Reni quidem ripam quinquaginta am-
plius caſtella direxit: Bonam et Genoſiã cum pontibus iũx
it | claſſibus firmauit. Inuiſum et in acceſſum hercinium Sal
tuz patefecit: tãtaq; pax ĩ germania erat: ut mutati hoĩes |
terra alia | celum ipſuz mitius molliuſq; ſolito uideretur. De
niq; non per adultionem | ſed ex meritis defuncto ibi fortiſ
ſimo Iuuene | ipſe ꝙ nunq̃ alias Senatus cognomen ex pro-
uĩcia dedit. Sed difficilius ẽ ꝓuĩcias ſuſtinere q̃ facere: ui
rib⁹ ꝑant: Iure retinent. Igit breue id gaudiũ qppe germani
uicti mag q̃ domiti erãt moreſq; nr̃os mag q̃ arma ſub im
ꝑatore Druſo ſuſceꝑant. poſtq̃ uero ille defunctus eſt uari
Quintilii libidinẽ | ac ſuꝑbiam haud ſecꝰ q̃ ſeuiciã odiſſe ce
perũt. auſus ille agẽ ꝯuentũ et in caſtr ſe dixerat q̃ſi uiolẽ
tiam barbaroꝝ lictor uirg et preconis uoce poſſet inhibere

At illi qui iam pridem rubigine ollitos enſes| inerteſq; me rerent: quos ibi primum togas et ſeueriora armis iura uide runt| Duce armenio arma corripiunt. Cum interim tanta erat uaro pacis fiducia ut ne predicta quidem| et prodita p ſegeſtem unum principem cõiuratione moueretur. Itaq; im prouidum et nihil tale metuentem improuiſo adortu |cum ille. O. ſecuritas ad tribunal citaret undiq; inuadunt caſtra rapiunt: tres legiones opprimentur. uarus perditas res eodẽ quo cannenſem diem paulus et fato eſt et animo ſecutus. nihil illa cede per paludes| perq; ſiluas cruẽtius: nihil inſul tatione barbarorum intollerabilius |precipue tamen in cau ſarum patronos: aliis oculos| aliis manus amputabant. uniꝰ os ſutum| reciſa prius lingua: quam in manu tenens barba-rus| tandez inquit| uipera Sibillare deſiſte: ipſius quoq; cor pus conſulis |quod militum pietas humi abdiderat| effoſum ſigna et aquilas duas adhuc Barbari poſſident. Terciam ſig nifer priuſq̃ in manus hoſtium ueniret| euulſit: merſamq; inter baltei ſui latebras gerens incruenta palude ſic latuit hac clade factum ut imperium| quod in litore oceani nõ ſte terat in ripa Heni fluminis ſtaret. hec ad ſeptentrionẽ. ſub meridiano tumultuatum magis| q̃ bellatum eſt. Muſulanos atq; Getulos acculas Syrtium coſſo duce compeſcuit. unde illi Getulici nomen latius uictoria patet Marmaridas. atq; Garamantes Curimo ſubigendas dedit. potuit et ille redire marmaricus: ſed modeſtior ineſtimanda uictoria fuit. Ad orientem plus negocii cum armeniis huc alterum Ceſar ex nepotibus ſuis miſit. ambo fato breues ſed alter inglorius: maxime quippe luciꝰ morbo ſoluitur. In ſyria caius ex uul nere cum armeniam ad Parthos ſe retrahentem recepit ar menios uicto rege Tigrane in hoc unum ſeruitutis genus Gneus pompeius aſſueuerat| ut rectorem a nobis acciperet Intermiſſum ergo ius per iſtum recuperatum non incruẽto nec multo tamen certamine. Quippe Cleones quem Rex ar taxatis pfecerat| ſimulata ꝓditione adortus uirum intentũ libello: quem ut theſaurorum rationes continentem ipſe

porrexerat ſtricto gladio ſerre. Inde recreatus ex uulnere interpretatus in tempore eſt ceterum barbarus undiq; in feſto exercitu oppreſſus gladio. et Serra in quam ſe pcuſſus immiſit. ſupſtiti etiã non ceſari ſatiſfecit. ſub occaſu pacata erat fere omnis hiſpania: niſi quam pyrenei deſinentis ſcopulis inherentem citerior abluebat oceanꝰ. hic due ualidiſſime gentes Cantabri et Aſtures minuyenes imperii agitabant Cantabrorum et prior et altior. et magis pertinax in rebellando animus fuit: qui non contenti libertatem ſuam defendere proximis etiaꝫ impitare temptabant: Vacceoſq; et turgunios et Aurigonas crebris incurſionibus fagitabãt In hos igitur qa uehementius agere nunciabant. nõ mandata expeditio. Sed ſũpta eſt. ipſe uenit: ſecus Ammeũ caſtra poſuit. ĩde perptito exercitu totã in diẽ amplexꝰ cantabriã efferã gentẽ ritu feraꝝ q̃ſi indagie debellabat: nec ab occeano quies| cuꝫ infeſta claſſe ipſa terga quoq; hoſtiũ cederent primum aduerſus cantabros ſub menibus Belgice preliatꝰ eſt hinc fuga in eminentiſſimum montem minium| quẽ maria prius occeani| quaꝫ romana arma aſcenſura eſſe crediderant. tercio aracillum oppidum magna ui repugnabat: captũ tamen poſtremo fuit. Medulli montis obſidio| quem perpetua quindecim millium foſſa comprehenſum cinxit. undiq; ſimul adeunte romano| poſtq̃ extrema barbari uident: Certatum igne| ferro inter epulas| ueneno q;| quod ibi uulgo ex arboribus taxis exprimitur p̃ripuere mortem. ſeq; pars maior a captiuitate| que uidebatur uindicauerunt. hoc per Antiſtium et firmium legatos. Et agrippam| hibernans in Tarraconis maritimis Ceſar accepit. Ipſe preſens hos deduxit montibus: hos obſidibus aſtrinxit: hos ſub corona iure uenũdedit. Digna res lauro| digna curru ſenatui uiſa eſt. etiã Ceſar tantus erat| ut poſſet triumphos contemnere. Aſtures peridem tempus ingenti agmine a montibus ſuis deſcẽderãt. Nec temere ſumptus Barbarius impes: et poſitis caſtris apud ſturã flumen| tu fariaꝫ diuiſo agmie tua ſimul romanoꝝ caſtra aggredi parabant: fuiſſe anceps| et cruentum

et utinam mutua clade certamen eum taȝ fortibus tam ſub
ito| tam cum conſilio uenientibus |niſi Dridecim prodi-
diſſent:a quibus premonitus Cariſius cum exercitus adue
niens oppreſſit cōſilia. Sic quoqꝫ tamen non in cruento cer
tamine reliquias fuſi exercitus ualidiſſima ciuitas lancia ex
cepit. ubi adeo pugnatum eſt ut cum incaptam urbem fa-
ces poſceretur| egre dux impetrauerit ueniam ut uictorie
romane ſtans potius eſſet |q̄ incenſa monumentum hic fi-
nis Auguſto bellicorum certaminum fuit rebellandi finis
Hiſpanie. Mox certa fides|et eterna pax cum ipſorum in-
genio pacis in partes promptiore tum conſilio ceſaris: qui
fiduciam montium timens:in quos ſe recipiebant:caſtra
ſua|que in plano erant habitare:et incolere iuſſit .Ingen-
tis eſſe conſilium illud obſeruari cepit conſilio natura regi
onis circa ſe omnis aurifera| miniiqꝫ et octuſo colla et alio
rum colorum ferax .Itaque exerceri ſolum iuſſit. Sic Au-
ſtures et latentes in profundo opes ſuas| atqꝫ diuicias dum
aliis querunt noſſe ceperunt. Omnibus ad occaſuȝ|et in me
ridiem pacatis gentibus:ad ſeptemtrionem quoqꝫ dum tax
at inter Henum et Danubium ac ad orientem inter Cyrū
et Euphrateȝ. Illi quoqꝫ reliqui:qui immunes imperii erāt
ſentiebant certi magnitudinem et uictoriaȝ populi romani
reuerebantur. Nam ſcythe miſere legatos|et Sarmate ami
citiam petentes: Seres etiam habitanteſqꝫ ſub ipſo ſole In
di cum gemmis et margaritis:elefantoſqꝫ inter munera tra
hentes nihil magis|q̄ longinquitatem uie imputabant:quaȝ
quadriennio impleuerant:ut tamen ipſe hominuȝ color ab
alio uenire celo fatebatur. Parthi quoqꝫ quaſi uictoria ꝑma
nerȝ|rapta clade craſſiana ſigna ultro retulere:ſic ubiqꝫ cūc
ta|atqꝫ continua totius humani generis aut pax fuit. aut pa
cata Auſuſqꝫ tandem Ceſar Auguſtus ſeptingenteſimo ab
urbe condita anno Ianum geminuȝ claudere bis ante ſe clau
ſum ſub Numa rege|et uicta primuȝ Carthagine hinc con
uerſus ad pacem primum in omnia mala. et in luxuriam flu
ens ſeculum grauibus ſeueriſqꝫ legibus coercuit. ob hoc tot

facta ingentia dictator perpetuus. et pater patrie. tractatũ etiam in ſenatu. an quia condidiſſet imperium Romulus no caretur. Sed ſanctius et reuerentiꝰ uiſuꝫ eſt nomẽ Augu-ſti: ut ſcilicet iam tum dum colit terras ipſo nomine et titulo conſecraretur.

Finis eſt.

Lucii Amnei flori. liber quartus. de Romane hiſtorie uniuerſe Compendio finit.

Laus Deo.

06814

c
H475
FG41l
1-SIZE